UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

Alva y Astorga, Pedro de

Lovanij, 1663

C.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

Visual Library

mens VIII. in Bulla, quæ incipit: Grata devotionis, &c. data 9. Maii, anno 1600. Pontificatus ſui anno 9. inquit: Capellas *ſub Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis invocatione, &c.* Idem in alia Bulla, quæ incipit: Dignum, &c. data 11. Kalendas Februarii, anno 1601. Pontificatus ſui anno 10. inquit: Simplex beneficium Eccleſiaſticum ad Altare *Immaculatæ Concept. Virginis*, &c. Paulus V. in Bulla, quæ incipit: Regis pacifici. data die 6. Julij, anno 1616. Pontificatus ſui anno 12. inquit: *Ejuſdemq; Immaculatæ Conceptionis* officium celebrantes, &c. Idem in Bulla incipiente: Vitæ, ac morum, &c. expedita Pridiè Kalendas Septembris, anno 1607. ſui Pontificatus anno 3. inquit: Beneficio Eccleſiaſtico ſub invocatione *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ, &c.* Idem in alia Bulla, quæ incipit: De ſalute gregis, &c. data Kalendis Maij, anno 1614. ſui Pontificatus anno 10. inquit: Confraternitas ſub invocatione *Immaculatæ Conceptionis* ejuſdem B. Mariæ Virginis, &c. Idem in Bulla, quæ incipit: Dignum. data anno 1617. 4. Idus Maij, Pontificatus ſui anno 13. inquit: Beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis, &c.* Idem in alia Bulla ejuſdem tenoris, expedita 9. Kalendas Julij, ſui Pontificatus anni 13. inquit: Sub invocatione *Immaculatæ Conceptionis.* Et in alia Bulla, quæ incipit: Ex debito Paſtoralis officij, &c. data 6. Idus Februarij, ann. 1619. Pontificatus ſui anno 15. inquit: Monaſterij Monialium *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, &c.*

Item, ex Urbano VIII. de quo non verentur dicere, cum ſemper, & ubique renuiſſe adſcribere Concept. titulum *Immaculata*, ſunt in ejus Regeſto Bullæ ſequentes. Prima, quæ incipit: Illius vices gerentes, &c. data 9. Aprilis, anno 1625. ſui Pontificatus 2. inquit: Confraternitas ſub invocatione *ſanctiſſimæ Conceptionis B. MARIÆ, &c.* Et in Bulla expedita anno Chriſti 1627. ſui Pontificatus 4. quæ incipit: Dignum, &c. inquit: Sub invocatione *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ, &c.* Et in Bulla expedita Idibus Decembris ejuſdem anni 1627. quæ incipit: Illius vices gerentes, &c. inquit: In Eccleſia *Conceptionis Immaculatæ Virginis* Averſan. &c. Idem anno Chriſti 1629. ſui Pontificatus 6. Nono Kalendas Junii, in Bulla quę incipit: Ex commiſſi nobis, &c. ſic inquit: Eccleſiam ſub *Conceptionis Immaculatiſſimæ ejuſdem Beatæ MARIÆ Virginis, &c.* Item, in Bulla quæ incipit: Dignum, &c. data anno 1631. Quarto Idus Novembris, ſui Pontificatus 9. inquit: Sub denominatione *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ, &c.* Idem anno 12. ſui Pontificatus, Chriſti 1635. die 12. Maii, in Bulla quæ incipit: Religioſos viros, &c. inquit: Omnibus & ſingulis Patribus, & Fratribus prædictæ Provinciæ *Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ, &c.* Iſtæ ſunt Bullæ, in quibus Summi Pontifices pro Cathedra ſedend[illegible] vocant, non Virginem, ſed *ipſammet Conceptionem Sanctam, Puram, Immaculatam.* Alias vide in Nodo Indiſſolubili à fol. 83. uſque ad finem libri, & in noſtro Indiculo Bullarii Seraphici, ubi inveneris ſignum iſtud *

BURCARDUS Zorillard, Ordinis Minorum Germanus, in relatione Provinciæ Auſtriæ affirmat, *quòd in illa Provincia ſunt duo Altaria Conceptionis Dominæ noſtræ.* Extat apud nos manuſc.

BUSSE N. Societatis Jesu Gallus, laboravit Manuale Meditationum devotarum, &c. & in Indice feſtorum, pro *feſto Immaculatæ Conceptionis ſacratiſſimæ Virginis*, Conſiderationes à fol. 281. uſque 283. Impreſſ. Pariſiis 1647. in 16.

# C.

CÆLIUS de Leon, & Quirinos, Canonicus Magiſtralis Hiſpanus, Serm. de S. Michaële fol. 3. inquit: Aparecio à Moyſes en una çarça ardiente, cuyo fuego no marchitava ſu verdor, *por dar ſeñas de la pureza de MARIA*, que en el milagro de la çarça conocen los Padres, &c. Serm. impreſſ. Granatæ 1641. in 4. Puritas Mariæ fuit, & in partu, ſeu Conceptione Filii Dei, & in propria Conceptione; de utraque loquuntur PP. ſed hic loquitur abſque dubio Cælius, de puritate Conceptionis paſſivæ, quia Granatæ ſic ex voto ſentiunt omnes.

CÆLIUS Pannonius, Ordinis S. Pauli primi Eremitæ, in ſuis Commentariis in Cantica, inquit: Porrò celebratur hoc Canticum decantatiſſimum, & de Deipara Virgine per appropriationem, quæ ideo tota pulchra fuit, *quia in ea nulla macula fuit, nec originalis, nec actualis peccati*, ut puriores Theol. cantant. Deus quippe ſummè puram eſſe voluit, quę candorem lucis ęternę, & ſpeculum ſine macula conceptura, & intra viſcera geſtatura foret, *quæ ſingulari gratia præſervata fuit*, ut non penetraret ad eam labes iſta connaturalis, quando corpus affatu Spiritûs conſecratum ſuſcepit animam in plenitudine gratiæ creatam, quod citra altercationem potuit Deus facere, & fecit; alioquin non tantùm honoraſſet Pater Filium, ſi Matrem aliquando infamiæ malum ſubiiſſe paſſus eſſet, &c. Extat liber iſte in Monaſterio Lepoglave manuſc. ut refert Joannes Euſeb. Nieremb. lib. Diſſert. epiſt. 15. fol. 296. Laurentius Chryſog. in Mundo Mariano, diſſert. 20. n. 11. Velazq. lib. 5.

Item, in Collectanea in Apocalypſim, capite 12. punct. 3. fol. 158. ad finem, *vocat Virginem MARIAM intemeratam.* Lib. impreſſ. Venetijs 1547. in 4.

CÆLIUS Sedulius, Presbyter ac Poëta antiquus, in lib. Mirabilium divinorum, lib. 1. 5. de Adamo è Paradiſo ejecto, inquit:

*........................ Vt unde*
*Culpa dedit mortem, pietas daret inde ſalutem,*
*Et veluti ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,*
*Nil, quod lædat habens, Matremque obſcurat honore:*
*Sic Evæ de ſtirpe ſacra veniente MARIA;*
*Virginis antiquæ facinus nova Virgo piaret,*
*Vt quoniam natura prior vitiata jacebat*
*Sub ditione necis; Chriſto naſcente renaſci*
*Poſſet homo, & veteris maculam deponere carnis.*

Lib. impreſſ. Venetijs 1501. in 4. & cum Comment. Ælij Antonij Nebricen. Granatæ 1553. in 4. Si Virgo Maria ex ſpinis, ſcilicet peccatis, vel maledictionibus Adami pullulavit ut mollis roſa, nihil habens quod lædat; igitur non contraxit originale; quia aliter haberet quod læderet, & non eſſet mollis roſa, ſed ſpina acuta, ſicut cæteri Evæ filij. Deinde illud notandũ. Quoniam natura prior vitiata jacebat ſub ditione necis; natura prior fuit natura ut in Eva; natura poſterior fuit ipſa natura prout in Maria; illa fuit vitiata, ſed hæc illæſa. Extat in Bibliotheca Veterum Patrum, & alibi ſæpe manuſcript.

CÆSAR Baronius, S. R. E. Cardinalis Soranus, tituli SS. Nerei, & Achillei Congregationis Oratorij, & Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius, tom. 12. ſuorum Annalium, ad ann. 1136. *de celebratione feſti Conceptionis ſanctiſſimæ Dei Genitricis*, quando incœperit, & quomodò, &c. fol. 247. Lib. impreſſ. Romæ 1607. in fol.

Item, *de Conceptione glorioſæ ſemper Virginis Genitricis Dei MARIÆ*, annotationem unam in Martyrologio, ad diem 8. Decembris. Impreſſ. Venetijs 1611. in 4. & Romæ 1630. in 4. & alibi.

CÆSAR Becillus, Urbinatenſis Presbyter Congregationis Oratorij de Urbe Italus, in Evangeliorum connexione faciens indicem per menſes Evangeliorum, ad diem octavam Decembris, habet: *Conceptio B. MARIÆ Virginis. Liber generationis.* Mat. 1. Lib. extat impreſſ. Romæ 1523. in 12. & 1614. etiam in 12.

CÆSAR Calderarius Bicentinus, Canonicus Regularis Lateranen. ſuper Miſerere, lectione 11. ad illud: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit, &c. Potremo dire, che duo ſono i tempi, nei quali s' intende l' huome eſſer concetto nella generatione: primo, quando nel ventre materno vien riceuuta la virtu ſemina le innazi che s' introduca l' anima, oue poi ſi va organizando à poco à poco, in ſpatio di quaranta giorni, come vuole Ariſtotele, ò di 50. come vuole S. Agoſtino nei maſcchi; de 60. nelle femine. Di queſta prima concettione s' intende quello, che mandò à dire Berſabè à David (concepi) Il ſecondo tempo nel quale s' fa la ſeconda concettione, è dop po la formatione del corpo, & organizatione, quando I Dio infonde l' anima rationale; in queſta ſeconda concettione nell' unirſi, s' contrahe il peccato originale, quanto à la colpa formalmente, nella prima ſolo materialmente, e' ſeminalmente vi e il peccato originale, & in queſta prima concettione, non vi e alcune eſſente dal peccato originale, pur che ſia per copula di maſcchio, è di femina, forza è che ſi trouè la materia infetta; puo eſſer poiche nell' atto della ſeconda concettione; cioe' nell' vnirſi dell' anima con il corpo organizato, Iddio habbi fatto privilegio à qualche creatura netando prima, & purificando quella materia carnale, onde puoi non viene à contraher colpa di ſorte alcuna. Aquel modo s' alcuno correndo alla diſtreſſa in vn precipicio, quando è per traboccare foſſe trattenutto, è ſalvato; coſſi tutte l' anime trabaccano in queſto precipicio del peccato originale, quando ſi fa la ſecunda concettione, *può eſſer che Iddio n' habbi tratenutto una, quella (dico) dell' Beata, & fœlice Madre di dio MARIA Vergine, la qual s' ben foſe contraſſe il peccato oreginale quanto alla prima Concettione, cioè materialmente non però allà ſeconda.* Queſta è l' opinione mia, non derogando, ne reprobando l' altre, in torno queſta benedetta Concettione, fol. 149.

Item infra: Altri puoi per li ſecondi furon no concetti in peccato originale, quanto à la prima concettione, cioè materialmente ſença la colpa; ma non nella ſeconda: *& queſta diremo, che fu MARIA Vergine, la qual non contraſſe la colpa del peccado originale, eſſendo ſanctificata la carne prima, che s' infondeſſe l' anima* come ho detto. In libro ditto, concetti Scritturali in torno al Miſerere. Lib. impreſſ. Venetijs, cum licentia Inquiſitionis, in 8. & Hiſpanicè Compluti 1594. in 4.

Item, in lib. Cõceptuum ſpiritualium ſuper Magnificat, Hiſpanicè redditum per R. P. F. Jacob. Robulloſa, Ordinis Prædicatorum, lect. 3. *ſacta in ſanctiſſimo die Conceptionis Dominæ noſtræ, ſuper illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, à folio 24. uſque 42. Lib. impreſſ. Barchinone, anno 1597. in 8. & Italicè Venetijs 1604.

CÆSAR Capaccius Italus, in Serm. de B. Virgine MARIA, in principio 2. par. inquit: *Onde commun[illegible] cava conli altri in natura ma non in colpa.* Ita Andreas de Peruzzinis, in Analyſi Immacul. Conceptionis, art. 2. fol. 109.

CÆSAR Carena, Cremonenſis, Juris Conſultus Italus, de incidentibus in Conſtitutiones Sixti IV. Pij V. Pauli V. & Gregorij XV. *de Conceptione B. Virginis*, loquitur latè, ac tandem concludit, *quomodò loquendum, prædicandum, & diſputandum ſit de myſterio Conceptionis, &c.* in tract. de officio S. Inquiſitionis, & modo procedendi in cauſis Fidei, part. 2. art. 17. §. 11. fol. 306. Impreſſ. Cremonæ 1641. in folio, & 1636 in 4. regal. & Lugd. 1646. in fol.

CÆSAR Clemens, Presbyter Hiſpanus, in libro Hiſtoria de los Milagros, que en nueſtra Señora de Monte Agudo cerca de Sichen en el Ducado de Bravante nueſtro Señor a ſido ſervido de obrar, &c. Hiſtoria traducta eſt ex lingua Gallica: in Prologo affirmat, quòd Virgo MARIA contrivit caput ſerpentis, & cap. 4. fol. 13. indicat, *quod Deipara concepta, & nata eſt in Civitate, & domo Nazareth, &c.* Lib. impreſſ. Bruxellis 1604. in 8. & Lovanij 1605. cum imagine in principio, premente & conculcante draconem.

CÆSAR Clementinus, Italus, & Eques militiæ Sancti Stephani, *de Societate Conceptionis cum habitu Virginis MARIÆ in Eccleſia Sancti Servi Ariminen.* in lib. de hiſtoria prædictæ Civitatis. Impreſſ. Arimini an. 1617. in 4.

CÆSAR Eugenius Caraziolus, Neapolitanus, in lib. dicto: Neapoli ſacra, fol. 541. agit *de fundatione Monaſterij Sanctiſſimæ Conceptionis* pro Virginibus portantibus habitum cum parva imagine SS. Conceptionis in pectore.

Item, fol. 574. *de fundatione Eccleſiæ SS. Conceptionis, à Matre Urſula Benencaſa, &c.*

Item, fol. 577. *de Collegio Conceptionis Neapolitan.* & *de Confraternitate Conceptionis* ibi fundata. Et folio 63. de Oratorio ſtudentium, ſub nomine Conceptionis, &c.

Item. fol. 601. de Conventu Capuccinorum, ſub titulo *Conceptionis* Neapol. ac reliquis ibidem exiſtentibus, &c. Lib. impreſſ. Neapoli 1623. in 4.

CÆSAR Francciottus, Congregationis Matris Dei Italus, in Practica Meditationum pro Communione ſuper Evangelia totius anni, parte 4. *de feſtivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, Meditationem unam, cum Soliloquijs, à folio 15. uſque [illegible] Lib. impreſſ. Venetiis 1622. & 1618. in 12. Mediolani 1617.

Item, in lib. Il Jiouane Chriſtiano ò vero inſtitutione de Jiovani à la devotione fatta in gratia è per uſo de Jiouani de la Congregatione della Madona de la Neve de Lua, fol. 12. à tergo num. 9. Per che fu ſempre puriſſima, ſenza habere alcuno inclinatione al peccado, & fol. 19. l'eterno Dio dal cielo mirandola, diſi di lei: Pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Cant. 4. *Tama pare che non ſolo non habeva alcuna ſorte de machia di peccato* ne mo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne moriale, ne veniale; ma quel che di ni un altra, pura creatura, ſi dice: non vi habeva ancora inclinatione, per minima che foſſe per eſſer ſempre alei vicino, & aſſiſtente lo Spiritu Sancto, che la conſervava, &c. Lib. impreſſ. Venetiis 1622. in 4.

Item, idem parte 6. obſervationum, circa myſteria totius anni, fol. 387. Obſervatio circa *feſtum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, uſque ad 390. Impreſſ. Venetijs anno 1619. in 12.

Item, parte 5. Obſervatio circa *feſtum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, fol. 635. & in omnibus tuetur Immaculatam Conceptionem.

Item, in libro, cuius titulus eſt: Viaggio alla Santa Caſa di Loreto, &c. giornata 5. fol. 297. in Oratione, inquit: Puriſſima Vergine, *ò Vergine ſençe machia, &c.* Lib. impreſſ. Venetijs 1616. in 12.

CÆSAR Guſagi, Generalis Congregationis Feſulanæ, in Corona Virginis Gratiarum de Brixia, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione glorioſæ Virginis MARIÆ Matris Dei* Kalendarium. Lib. impreſſ. Brixiæ, an. 1604. in 12.

CÆSARIUS Heiſterbacenſis, Ordinis Ciſtercienſis, in libro dicto: Faſciculus Mortalitatis, ſive Homiliæ de infantia Salvatoris, parte 1. ſuper Miſſus eſt. fol. 7. ad illud: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, non ſolùm per eſſentiam Deitatis, ſed etiam per vinculum charitatis, *& quia priùs tecum fuit per miſericordiam prævenientem*, nunc tecum eſt per gratiam operantem, & pleniùs erit per gratiam cooperantem.

Item, in Homilia de nomine MARIÆ, fol. 20. inquit: Stella maris, quæ polo vicinior eſt, & plùs cæteris rutilat, venerabilem Dei Genitricem deſignat, &c. Movetur quidem propter nos viſceribus miſericordiæ, quæ nunquam ſenſit motum carnalis concupiſcentiæ; *propter quod, & immobilis creditur fuiſſe totius peccati immunitate, &c.* Lib. impr. à R.P. Joanne Coppeſtein, Ordinis Prædicatorum, Coloniæ Agrippinæ 1615. in 4.

Item, elaboravit Sermonem unum de quinque feſtivitatibus Deiparæ, quem dicavit Alardo Monacho Presbytero, ut dicitur in Prologo incipiente: Exigis à me, frater chariſſime, ut clauſulam illam de Canticis Canticorum, &c. clauſula autem quam in illo Sermone explicat, eſt illa: Quæ eſt iſta, quæ progreditur ſicut Aurora conſurgens, &c. Et prima Sermonis pars eſt de Conceptione, & incipit ſic: Auroræ, ſicut prædictum eſt, aſſimilatur in Conceptione, neque hoc ſine ratione, &c. Hujus ergo Sermonis decrevi hìc adducere præcipua verba, tum quia in duobus Sermonariis Cæſarij & diſtinctis, impreſſis Coloniæ anno 1615. & 1621. & 1627. non extat talis Sermo, tum quia Auctor in ſua ſententia manet indifferens, tum denique, quia ex iſto antiquo ac indifferenti Scriptore exactiſſimè cognoſcetur modus loquendi antiquorum in hac Conceptionis materia. Propoſito ergo in exordio, an Aurora pertineat ad diem, vel ad noctem? inquit: Hæc ad litteram præmiſſa ſufficiant. Porrò ſecundùm intellectum ſpiritualem Aurora figurat B. Dei Genitricem MARIAM prærogativâ meritorum ſuorum in cœlo militantis Eccleſię rutilantem: ſignificat tamen ſecundùm quod prædictum eſt, ſpecialiter diem Conceptionis ejus, necnon & tempus illud, quod fuit intra horam Conceptionis & horam ſanctificationis in utero, quando videlicet per Spiritum Sanctum mundata eſt ab originali peccato. Et ſicut Aurora ex quo progreditur, per ſingulas horas atque momenta proficit in ſplendore; ita Dei Genitrix ex quo concepta eſt, gradatim profecit in corporis concepti formatione, augmentatione, & ſanctificatione. Et ſignanter poſitum eſt progreditur, quia ſicut Aurora progreditur, id eſt procul graditur, de tenebris videlicet uſque ad ortum ſolis, ita B. Virgo procul, id eſt, de lumbis Adæ in quo natura humana eſt obtenebrata, per rationem ſeminalem eſt egreſſa, & ſecundùm legem communem, id eſt, carnis concupiſcentiam ab utroque parente concepta. Propter quod dicunt diem Conceptionis ejus non eſſe celebrandam, ipſam Conceptionem tanquam ortum ſurgentis Auroræ trahentes ad noctem, id eſt, ad culpam. Quibus alii contradicunt, & licèt concedant ipſam concupiſcentiam, quæ eſt in coitu, eſſe malam, utpote rem fœdam, pœnamque peccati; non tamen peccatum eam dicunt, ſicut nec eſt ſi debito modo fiat, id eſt, amore prolis: nam ipſa delectatio, quæ eſt in carnali cognitione conjugii propter tria bona quæ illi adſunt, id eſt fidem, prolem, & Sacramentum, à peccato defenditur. *Hoc qui ante nos fuerunt conſiderantes, & quòd in re inanimata utpote ſemine concepto, culpa eſſe non poſſet intelligentes, propter Salvatoris honorem, quem de Spiritu Sancto Virgo concepit, ipſius Virginis Conceptionem carnalem judicabant eſſe ſanctam & celebratione dignam. Hoc illi præfigurant, qui Auroram dicunt eſſe partem diei. Et quia in re non animata, id eſt materia concepta, nihil eſſe poteſt ſanctitatis, virtutis, & gratiæ; conſilio virorum prudentum noſtris, ut dictum eſt, temporibus feſtivitas Conceptionis B. MARIÆ Virginis abolita eſt.* Solus verò ſpiritus rationalis capax eſt virtutis, & gratiæ. Quia Chriſtus in ſua Conceptione verus & perfectus homo fuit carnem habens humanam & ſpiritum rationalem, non conceptus de opere virili, ſed de virtute Spiritus Sancti, digniſſimè Conceptio ejus celebranda eſt, & adoranda. Providens in Spiritu Sancto Patriarcha David, &c. Per hoc etiam quod dicitur: Sicut Aurora conſurgens, id eſt, ſimul ſurgens, *poteſt intelligi de ſecunda ejus Conceptione, quando videlicet anima infuſa eſt corpori, fuit enim duplex ejus Conceptio: prima in ſeminum cōmixtione ubi nullum peccatum fuit in carne, ſicut ſuperiùs dictum eſt, & dicitur talis conceptio quaſi ſimul captio: ſecunda Conceptio eſt naturarum, quando ſexageſimo die anima infunditur carni, ex cujus corruptione mox peccatum anima contrahit, à quo peccato B. Dei Genitrix, tempore quo ipſe novit qui illam ſanctificavit, in utero mundata eſt.* Sequitur: Pulchra ut Luna, &c. Hæc ſunt, quæ habet Cæſarius de Conceptione & ejus feſtivitate; unde aliqua colliguntur. Primum, quòd antiquitus celebrabatur Conceptionis feſtivitas abſque ulla contradictione, quouſque ſurrexerunt illi prudentes, quorum conſilio feſtivitas abolita fuit. Secundum, quòd controverſia fuerat exorta pro Conceptione ſecundùm carnem, id eſt, receptione ſeminis in matricem, quam dicebant illi viri prudentes non eſſe celebrandam propter concupiſcentiam parentum, & quia ubi non eſt anima rationalis, non eſt ſanctitas, nec gratia. Tertium, quòd iſtud erat potiſſimum argumentum illorum virorum prudentum, ut contradicerent feſtivitati Conceptionis, ſcilicet Chriſtum Dominum in eodem inſtanti habuiſſe primam & ſecundam Conceptionem, ſeminis & naturæ: & ſic meritò ejus prima Conceptio celebrabatur, quia in illa fuit gratia & ſanctitas ratione

animæ in illo inſtanti unitæ; quòd ſecùs contigit in prima Conceptione Virginis, cùm poſt ſexageſimum diem fuerit illius carni anima unita. Quartum, eſt illa pulchra Cæſarij explicatio circa Conceptionem carnalem, nam affirmantes illam eſſe celebrandam conſequenter dicebant, Auroram pertinere ad diem: è contra verò ſentientes non eſſe feſtivandam, ſuſtinebant Auroram pertinere ad noctem: quantùm autem iſti aberraverint à veritate, de ſe patet. Quintum, eſt Cæſarij indeterminatio, nam non reſolvit quando fuerit Virgo ſanctificata & mundata ab illa infectione, & corruptione exiſtente in carne, à qua anima contrahit maculam, relinquens hoc divinæ ſapientiæ. In qua ergo militia collocandus ſit, judicet Lector: nam mea ſolùm intereſt proponere veritatem Sermonis inventi manuſc. Coloniæ apud PP. Cruciferos, litt. D. num. 24. in 4. ſub hoc ſigno. Deinde in eadem Civitate inveni aliud originale manuſcript. in fol. ubi extabat idem Sermo nullâ mutatâ ſyllabâ, & extat apud nos, ut fortè cum aliis lucem videat.

CÆSAR Mediolanen. Archiepiſcopus, ac S.R.E. Cardinalis Sanctæ MARIÆ Tràſpontinæ, edi curavit Miſſale, cuius principium pro die Conceptionis eſt: Lætemur omnes in Domino diem feſtum celebrantes ob honorem B. MARIÆ Virginis, *de cuius Immaculata Conceptione gaudent Angeli, &c.* Extat fol. 363. impreſſ. anno 1640.

CÆSARIUS à Roma, Ordinis Minorum Italus, ſculpſit Stellarium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ MARIÆ, dicatum D. D. Petro Paulo Creſcentio, Card. Præneſtino, & Urbevetano, in ſacro Immaculatæ Conceptionis typo, &c. ſuper illud: Vas admirabile, opus excelſi, &c. ubi inter alia quàmplura habet:

*Ave Roſa ſine ſpinis*
*Tu, quam Pater in divinis*
*Maieſtate ſublimavit,*
*Et ab omni væ ſervavit, &c.*

Extat cum pulchra imagine Conceptionis, & dictis aliquorum Sanctorum, ac Fratrum Ordinis Minorum. Impreſſ. in charta expanſa Neapoli, anno 1626.

CÆSARIUS Sanctus, Gregorij Nazianzeni frater, in Dialogo 3. inquit: Pro loco virginis, nimirum Evæ, perpetuam S. Virginem MARIAM Matrem ſuam ſuſcitavit; pro illius pœna, huic ſalutem per proprium ſervum Gabrielem miſit, *in hac ſanans, quæ illa deliquerat, &c.* Extant Dialogi in operibus Nazianzeni, & in Bibliotheca Veterum PP. & nota, quòd non dixit: ſanans eam, quaſi morbum contraxiſſet, ſed ſanans in ea Evæ delictum, & morbum. Euſeb. in lib. Excep. cap. 13. fol. 153. & in Sacro Syllab. §. 7.

CÆSARIUS Servita, Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ, adduxit rationes, & argumentatus eſt *pro Immaculata Virginis Conceptione, ac eius immunitate ab originali,* contra Vincentium Bandellum de Caſtro novo, coram Duce, & Epiſcopo Ferrariæ, ut ipſe refert Bandell. in opere 1. & 2. de veritate Conceptionis, fol. 1. & fol. 100. Lib. impreſſ. anno 1502. in 4. & alibi ſæpe.

CÆSAR Mellotus, Italus & Canonicus Sancti Laurentij in Damaſo, traduxit Italicè librum de Oratione mentali D. Antonij de Molina, in quo tract. 2. fol. 196. ait, *quòd Virgo MARIA fuit præſervata à Deo per ſingularem gratiam, & præventa, ut non incurreret, nec eam tangeret communis macula peccati originalis*, quod neceſſariò tenebatur incurrere, quia erat Adami filia; & quòd in eodem inſtanti ſuæ Conceptionis, anima eius fuit decorata gratia, charitate, & omnibus alijs virtutibus, & donis Spiritûs Sancti, tam abundanter, quòd excedebat omnes Angelos, & Seraphim cœli; ita ut ejus fundamentum, ac principium fuerint perfectiora, atq; excellentiora, quàm omnium aliorum Sanctorum. Lib. impreſſ. Mediolani 1534. in 8.

CALIXTUS de Miſſanello, Ordinis Prædicatorum Italus, in lib. Regola, & Conſtitutioni, eſercici ſpirituali, & ceremonie de oſſervarſi dall' Congregationi, è Compagnie del Sanctiſſimo Roſario parte 9. capite 6. fol. 390. adducit Bullam Pii V. quæ incipit: Dum præclara. circa indulgentiam *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Neapoli 1546. in 8.

CALIXTUS Secundus, Summ. Eccl. Pontifex ſacrum Ordinem Præmonſtratenſium confirmavit in gratiam, & honorem *puriſſimæ Conceptionis B. Virginis, &c.* Ita Euſebius Nieremberg. lib. de Excep. capit. 25. fol. 418.

CALOGERUS, ſeu Kalogerus Jacobus, Monachus Grecus, de quo ambigitur, an fuerit Benedictinus, Baſilianus, vel Carmelita, elaboravit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Marracius Biblioth. Mariana, fol. 258. ex Arnoldo de Wion, & Poſſevino.

CAMILLUS Bene, Mediolanen. Ordinis Minorum Italus, ad diem 8. Decembris, de indulgentijs à Summis Pont. conceſſis, *pro die Conceptionis,* pro celebrantibus Miſſam ipſius, in Compendio ſpiritualium Theſaurorum Seraphico Ordini conceſſorum. Impreſſ. Romæ 1558. in 12.

CAMILLUS Camilli, Doctor Italus: *Quòd B. Virgo MARIA fuit concepta abſque peccato,* in lib. à ſe Italicè traducto Magiſtri Joannis de Avila Hiſpani, ſuper illud Pſalm. Audi Filia, & vide. cap. 14. folio 18. Impreſſ. Venetijs 1581. in 4.

CAMILLUS Cæſarius, Ebolitanus, Ordinis Minorum, in ſuis Sermonibus ſcripſit *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Antonius Daza, in tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 48. De hoc mentionem facit Wadding. fol. 87. ſed ſolùm dicit, quòd ſcripſit de Chriſtiana amicitia.

CAMILLUS Fanucius, Senenſis, loquitur *de Confraternitate ſanctiſſimæ Conceptionis* S. Laurentij in Damaſo, & quomodò in die feſtivitatis Confratres dotant triginta Virgines, dando cuilibet ſeptuaginta florenos, &c. in tract. de Operibus pijs almæ Urbis, c. 8. & cap. 9. lib. 3. folio 216. Lib. impreſſ. Romæ 1602. in 8.

CAMILLUS Gualandus, Eccleſiæ Cæſenatenſis Epiſcopus, de obſervatione *feſtivitatis Conceptionis B. MARIÆ,* & celebratione Miſſæ, in Eccleſia Cæſenaten. fol. 73. loquitur in lib. de Synodo celebrata à prædicto Epiſcopo. Impreſſ. Cæſenæ 1594. in 4.

CANOFILUS ... in ſuis Sermonibus Quadrageſimalibus, Sabbat. 1. ad illud verbum: Ave MARIA, ait: Ave, id eſt, ſine væ, *quia nec originale, nec actuale* habuit, &c. Sic Andreas de Pereznis in Analyſi puriſſimæ Conceptionis, art. fol. 97.

CAPOLEO Ghelfuccius, Caſtellanus Italus, libro: Il Roſario de la Madonna, Poëma heroico, &c. part. 1. Cant. 2. fol. 10. ſtantia 67. inquit:

*Teco il Signor ch' anticipo da prima,*
*Le prime grazie è prorrogalle al merito*
*Et iſſe ſola in terra eſſer la prima*
*Cui non mordeſe mai culpa ò de merito*
*Et coſiti præſerva ei te ſublimo, &c.*

Lib. impreſſ. Venetiis 1616. in 4. & ibidem 1610. etiam in 4. & Mediolani 1616. Vide alia quamplura, præcipuè 3. part. Roſarii fol. 19. ſtantia 4.

CARBONEL... Epiſcop. Grationopolitanus, Ordinis Prædicatorum, exiliato Magiſtro Maſſemonell, quia in Eccleſia Valentina prædicaverat contra Immaculatam Virginis Conceptionem, Pontificali infula indutus, recepit juramentum à Doctoribus, & Magiſtris Univerſitatis Valentinæ, *de tuenda, ac defendenda Immaculata Virginis Conceptione*. Vide de hac re P. Morenum, in libro de Conceptione, cap. 5. fol. 363. & appendicem Regiſtri Armament. Seraphici, columnâ 665. Joannem Anton. Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 8. adnot. 1. ad finem, Iuſtinian. Antiſt, fol. 12. pag. 1. Anonym. Franciſcan. auctore 28.

CAROLUS Antonius Gallela, Meſſanen. in libro: Patrum intelligentia, ſuper textum Evangeliorum, &c. Quòd ex puriſſimis ſanguinibus MARIÆ formatum fuit corpus JESU, fol. 8. & fol. 11. adducit illud: Decuit, ut MARIA tanta puritate niteret, quâ ſub Deo major nequit intelligi, &c. Et in indice, verbo Virgo MARIA, inquit: *Conceptio MARIÆ manifeſtatur*. Lib. impreſſ. Genuæ 1643. in 4.

CAROLUS Antonius Theſaurus, Societatis Jeſu Italus, Pœnitentiarius Apoſtolicus, *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, Decreta Summorum Pontificum Sixti IV. Pij V. Pauli V. & Gregorij XV. explanata, caput unum, in lib. de Pœnis Eccleſiaſticis, ſeu Canonicis, parte 2. folio 226. Impreſſ. Romæ 164.

CAROLUS de Aremberg, Bruxellenſis, Ordinis Minorum, in libro tam parvo, quàm magno dicto: Flores Seraphici, ſive Icones Fratrum Capuccinorum, varijs in locis agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impreſſ. Coloniæ 1640. in folio magno, & parvo.

CAROLUS Auguſtinus Sales, Tullianus, in vita Venerabilis Franciſci à Sales, Epiſcopi Gebbenen. agit de fundatione Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, erectæ in Civitate de Puys à prædicto Epiſcopo, &c. Lib. impreſ. Lugduni 1624. & ut refert Joannes Tamaius de Salazar, folio 298.

CAROLUS Auſtriacus, & V. huius nominis Romanorum Imperator, *pro Immaculata Deiparæ Concept.* eiuſque Regia Confraternitate, promulgavit leges, ſeu ſanctiones, vel ut alij vocant, edictum quod nos originaliter habuimus. Vide Hippolytũ Marrac. in Bibliotheca, fol. 261. & in lib. Cæſares Mar. folio 33. Salazarium, cap. 22. & Oxedam, cap. 9. Lezanam, capite 22.

Item, in Armario Matritenſi, extant arma ejuſdem Imperatoris, inter quæ numeraui duodecim habentia in pectore *imaginem Immaculatæ Conceptionis*, de quibus etiam agit Gil Gonzalez de Avila, in Memoriali ad Philippum IV. & Marrac. ubi ſup.

CAROLUS Bertrandus, S. Theologiæ Lector Generalis Ordinis Minorum Flander, in Theſibus ſub hoc titulo: Venerabilis ſervi Dei Fratris Joannis Scoti Doctoris, circa graviores ex univerſa Theologia difficultates, menti S. Romanæ Eccleſiæ, ejuſque luminis S. Auguſtini doctrinæ, &c. in Comitiis Provinciæ Flandriæ die 6. Maij, à fol. 7. excipit Virginem à peccato originali. Et infra fol. 12. ex tertio Sententiarum num. 3. agit de Immunitate Virginis ab omni peccato actûs & originis, imo & omni debito hoc incurrendi prorſus immunis, &c. & num. 4. ſic dicit: Hanc ſupra aſſertam *Immaculatè conceptæ Deiparæ omnimodam ab omni peccato, & peccati debito immunitatem, velut articulum fidei proximè definibilem*, ex Tridentino Conc. profitemur, &c. & adducit loca Scripturæ, & illum S. Auguſtini: Si potuit inquinari cùm eam facerem, &c. & quomodò Propoſitiones Baianas damnaverunt Pius V. Gregorius XIII. Urbanus VIII. & tandem Innocentius X. Impreſſ. Gandavi 1656. in fol.

Item, edidit Tractatum ſub hoc titulo: *Ad majorem Dei, & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ gloriam. Problemata ad elucidandum Immaculatiſſimam Conceptionem Deiparæ*, juxta ordinationem Capituli noſtri Generalis Toleti 14. Maij, 1633. in quo electus eſt Generalis Rſſ. P. Joannes Baptiſta à Campanea. Ubi §. 3. de obſervatione Regulæ, & Statuti Generalis ibidem conditi, mandatur ſub privatione officiorum irremiſſibiliter, ut in Conventibus ubi eſt Sacræ Theologię ſtudium, ſingulis quindenis proponatur Problema circa Immaculatiſſimam Deiparæ Conceptionem. Ad obſequendum igitur tam ſalubri mandato, idipſum quantùm in nobis eſt, exequi cupimus Ipris in ipſa octava Nativitatis Deiparæ, anno 1656. primùm, proponendo in ſcholis & diſputationibus conſuetis Problemata ſequentia: Problema 1. *Immaculatiſſima Virgo MARIA*, utrum filia Adæ? Problema 2. *Immaculatiſſima Virgo MARIA*, an communi propagatione concepta, ſeu concupiſcibiliter propagata? Problema 3. *An caro Immaculatiſſima Virginis MARIÆ ante animationem fuerit non ſolum omnis labis, ſed & debiti eam contrahendi expers?* probat latè quòd ſic. Problema 4. *Immaculatiſſima Virgo MARIA, utrum vi ſuæ Conceptionis fuerit comprehenſa in legibus divinis tangentibus peccatum primi parentis,* ut capitis generis humani? Problema 5. *Immaculatiſſima Virgo MARIA, utrum fuerit debitrix mortis corporalis?* Problema 6. *Immaculatiſſima Virgo MARIA, utrum ex debito legis divinæ*, vel voluntariè fuerit obnoxia fami, ſiti, cæteriſque hujuſmodi mortalitatis aſſeclis? Problema 7. *Immaculatiſſima Virgo, utrum ex vi Conceptionis ſuæ, ſecluſa etiam quacumque gratia ſanctificante ſibi infuſa, contraxiſſet peccatum, vel fuerit debitrix illud contrahendi?* Problema 8. *Immaculatiſſima Virgo MARIA*, utrum in, & ex ſua Nativitate, ſuæ ſanctiſſimæ Matri Annæ partûs dolores more aliarum prolium cauſarit? Problema 9. *Immaculatiſſima V. M. utrum ex vi Conceptionis ſuæ* quamdiu vixit in mundo, intellexerit independenter à ſenſibus? Problema 10. *Immaculatiſſima V. M. utrum ex vi Conceptionis ſuæ intuitiva cognitione ſemper ab initio ſuæ animationis viderit ſuum Angelum Cuſtodem*, Gabrielem etiam tempore ſomni, & cum eo frequentiùs intellectualiter locuta fuerit? Problema 11. *Immaculatiſſima V. MARIA*, utrum unquam ab actu amoris Dei ceſſarit? Problema 12. *Immaculatiſſima V. M. utrum in ſua animatione ſummam gratiam creabilem, & puræ creaturæ infuſibilem acceperit?* Problema 13. *Immaculatiſſima V. MARIA*, utrum dominium proprietatis alicujus rei habuerit? Pro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

blema 14. Immaculatiſſima V. M. utrum votum paupertatis Franciſcanæ emiſerit? Problema 15. Immaculatiſſima V. M. utrum tantùm ſimplicis uſum facti in hujuſmodi rebus unico actu conſumptibilibus habuerit? Problema 16. *Immaculatiſſima V. M. vi ſuæ Conceptionis, utrum in cœlum aſſumpta?* Problema 17. Immaculatiſſima V. M. utrum aliquod donum, maximè internum acceperit? Problema 18. Immaculatiſſima V. M. utrum Chriſtum in Euchariſtia naturaliter viderit? Problema 19. Immaculatiſſima V. M. utrum teſtandi capax fuerit? Problema 20. Immaculatiſſima V. M. excepto contractu matrimonij cum Sanctiſſimo Joſepho, utrum uſquam contraxerit? Problema 21. Immaculatiſſima V. M. utrum uſquam permutarit, vendiderit, aut emerit? Problema 22. Immaculatiſſima V. M. utrum uſquam mutuarit? Problema 23. Immaculatiſſima V. M. utrum uſquam compſerit? Problema 24. Immaculatiſſima V. M. utrum verbis, vel ſignis ſenſibilibus quid, & quem docuerit, vel didicerit? Problema 25. Immaculatiſſima V. M. num in cœlis ſtet, vel ſedeat? Hæc omnia ſunt MS. in Archivo Fratrum Minorum Ganden. & dicata cum Epiſtola præliminari R. P. Fratri Michaëli Angelo à Sambuca, Miniſtro Generali, in 4.

CAROLUS Beudorus, Delphus, Doctor Pariſienſis, correxit, atque caſtigavit primam partem Sermonum R. P. F. Thomæ Illyrici de Auximo, Ordinis Minorum, in qua Sermo in ordine 26. & primus de B. Virgine, eſt *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ*, ſub themate: Tota pulchra es amica mea. & extat à folio 122. uſque 138. per modum Tractatûs, ſeu Opuſculi conſcriptus: de quibus omnibus lege Epiſtolam hujus Auctoris, ad finem libri. Impreſſ. Toloſæ, anno 1521. in 4.

CAROLUS de Boechelioen, Societatis JESU Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij, die 7. Julij anno 1649. Theſi 14. agente de originali peccato, hæc defendit: *Ab hoc omniq; ejus debito, ſeu proximo, ſeu remoto, Deiparam liberamus.* Impreſſ. ibidem in 4.

CAROLUS Borromæus, S. R. E. Cardinalis, in actis Eccleſiæ Mediolanenſis, ad diem 8. Decembis, præcepit, *ut Conceptio Beatiſſimæ MARIÆ Virginis in urbe Mediolanenſi obſervaretur*, ut extat cap. 6. fol. 982. tom. 2. Impreſſ. Mediolani 1599. in fol.

Item, *quòd de Beatiſſimæ Virginis Immaculata Conceptione*, diſputare non audeant Concionatores, &c. parte 4. folio 483.

Item, *quòd quicumque de Conceptione Beatæ MARIÆ Virg.* contra præſcriptum Conſtitutionis Sixti IV. Pontificis, & Decreti Tridentini affirmaverit, vel Conſtitutionis Pij V. diſputaverit, pœnam ſuſpenſionis à divinis incurrat, parte 6. folio 990. Vide verb. Mediolan.

Item, reparavit, ac reſtituit Confraternitatem Charitatis, *& Conceptionis Virginis MARIÆ*, erectam in Conventu del Jardin Mediolan. anno 1571. ut dicitur in libro iſtius Confraternitatis in Prologo, folio 2.

Item, edi curavit Breviaria Ambroſiana, in quibus eſt officium ſolemne, *in feſto Conceptionis B. MARIÆ Virginis.* Impreſſ. Mediolani 1588. folio 725. & alterum 1582. in 8.

Iem, in Rituali à ſe reſtituto pro Eccleſia Mediolanenſi, ad Veſperas, & Laudes Hymn. *de Conceptione Virginis*, in lib. impreſſ. Mediolani 1613.

CAROLUS Campegius, Ordinis Cœleſtinor[um] Aurelianenſis, Summam Catholicę Fidei R. P. Pe[tri] Creſpetij illuſtravit, & typis mandavit, in qua MA-*RIÆ Immaculata Conceptio adſtruitur* latiſſimè, u[t vi]dere eſt in ipſa Summa, verbo MARIA, folio ... Impreſſ. Lugduni 1598. in folio.

CAROLUS Fabri de Mandolfo, Juris Con[ſul]tus, Italus: Quòd Beata Virgo MARIA ſingular[iter] in ſua creatione fuit ſanctiſſima, *& ab origina[li pec]cato præſervata*, & in utero matris ſingulariter [ha]buit uſum liberi arbitrij ad merendum; in lib. [di]cto: Scutum Chriſti, lib. 1. fol. 163. Impreſſ. Bri[x]iani, anno 1621.

CAROLUS Fernandus, Belga Brugenſis, in par[]va ætate oculis captus, deinde Ordinis Bene[di]ctini Monachus, plura ſcripſit, & edidit Tractat[um] ſeu decertationem ex Venerabili P. Roberto G[a]guino contra Vincentium de Caſtronovo *pro [Im]maculata Conceptione.* Incipit: Non ambigimus ... Apoſtolo olim dictum, & in Adam peccaſſe om[]nes, &c. Extat impreſſ. Pariſiis 1409. in 4.

Item, aliqui affirmant, *quòd ſcripſit de Concep[tione] Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* libros duos, de qui[bus] nullam invenio notitiam.

Item, *de eadem Conceptione* ad Carthuſianos libr[um] unum, ad annum 1490. Ita Hippolyt. Marr. ... Biblioth. fol 293. & in Catalogo: de quo ... mentionem facit Alexander Pichet, in lib. A[re]na ſtudiorum, folio 144. & Myræus, &c.

CAROLUS Fiamma, Venetus, Poëta Italus, i[n] Opuſculo dell' Vergine Sanctiſſima, ſopra il Mon[]te di Berga, vizino à Vinzenza, &c. in princip[io] cum imagine MARIÆ depicta, habet hæc: *Tota pul*[]*chra es amica mea, & macula non eſt in te*, ſanctifica[]vit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Impreſſ. Vene[]tijs 1612. & extat cum alio lib. dicto: Il' Tempio, &c. fol. 389.

CAROLUS Franciſcus de Abra, de Racon[is] Gallus, in 3. parte Theologiæ, de Incarnatione, & Sacramentis, fol. 227. in Appendice de Beatiſſima Virgine, ubi de Immaculata Conceptione latiſſi[]mè agit, uſque ad fol. 272. Propoſitio 1. *Verè Bea[ta] Virgo habuit debitum contrahendi peccatum originale, q[uia] peccavit in Adamo.* Propoſitio 2. *Verè præventa fu[it] gratiâ Beatiſſima Virgo in ipſo Conceptionis inſtanti, [ita] ut nunquam peccatum originale contraxerit.*

Item, c. 2. *de immunitate Beatiſſimæ Virginis à fom[ite] peccati.* Et c. 3. *Vtrum Beatiſſima Virgo habuerit ration[is] uſum in principio Conceptionis, &c.* & addit, quòd hæ[c] ſententia eſt cõmunis ferè omnium, potiſſimùm in celeberrima facultate Theologica Pariſienſi, *ita ut qui lauream Doctoralem recipiunt, ſub ſolemni jura*[]*mento teneantur eam defendere.* Liber eſt impreſſ. Pariſiis 1618. in 8.

CAROLUS Franciſcus de Luca, Societatis Je[]ſu Italus, ſcripſit: *Immaculatæ Virginis Immacula[ta] Conceptio*, à Ferdinando III. Cæſare in columna de[]dicata, &c. Impr. Pragæ 1648. Ita Hippol. Marr. in Catalogo Immaculatæ Conceptionis. Piſton. fol. 156. num. 69. & fol. 227. num. 216.

CAROLUS Gabrielis de Ogobbio, Poëta Ro[]manus, *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* Poëma in lib. dicto: Rimæ Spirituali ſopra le Feſte correnti del' anno. Romæ 1620. in 4.

CAROLUS à Sancto Germano, Conſiliarius & Medicus Regius, Gallus, ſcripſit librum Gallicè, & fundavit *Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis* & Sancti Ludovici in Capella Sancta Pariſienſi, qu[am] Regi[]

Regia eſt, & in Palatio Regij Parlamenti ſita. Titulus libri fundationis huius Confraternitatis talis eſt: *L'Abregé des exercices ſpirituels de la devote Congregation de l'Immaculée Conception de la tres-Saincte Vierge Marie Mere de Dieu*, & de Sainct Louis Roy de France, erigée en la baſſe ſaincte Chapelle du Paris. Prima pars habet duodecim folia. Secunda verò eſt Hiſtoria originis motiva, Regula, approbatio, inſtitutores, adminiſtratores, & inſtitutio devotæ Congregationis Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis MARIÆ Matris Dei, & S. Ludovici Regis Franciæ. Et hæc habet viginti folia. In tertia parte hæc continentur: Modus recitandi devotè parvum officium, *& coronam Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis MARIÆ Matris Dei*. Et habet folia 70. Alia pars talis eſt: Privilegia animarum devotarum *pro feſto Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis Matris Dei*. Et habet folia 21. Alia pars ſic ſe habet: *Officium parvum Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis, Congregationis ejuſdem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & S. Ludovici, proprium. Et eſt officium ſingulare ex Eccleſiaſtico, & noſtro confectum; ad cuius finem dicitur ſic: *Hoc officium Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ V. MARIÆ Dei Genitricis* compoſitum fuit Romæ anno ſalutis noſtræ 1640. &c. Deinde ſequitur: Litaniæ *Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ Matris Dei*, & ſunt ſingulares pro myſterio uſque ad folium 48. Etiam fol. 49. facit relationem ex quadam revelatione facta Pariſijs anno 1631. à quodam Juvene quatuordecim annorum, poſt quinque ab huius vitæ diſceſſu menſes, & quod petijt, ut recitaretur pro ipſo unica vice parvum *officium Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis MARIÆ, &c.* Et infra: Aviſamenta ad conſequendas Indulgentias plenarias conceſſas à Sanctiſſimo P. N. Papa Alexandro VII. Confratribus devotæ Congregationis *Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, & S. Ludovici Regis Franciæ. Etiam nomina primorum Confratrum receptorum die 8. Decembris, anno 1659. Dies eſt feſtum *Immaculatæ Conceptionis ſanctæ Virginis MARIÆ* & primæ ſolemnitatis noſtræ devotæ Congregationis, & numerat ſexdecim. Lib. impreſſ. Pariſijs 1662. in 12.

CAROLUS Guyetus, Turonenſis, Societatis Jesu Gallus, in lib. Hiortologia, ſive de Feſtis propriis locorum, & Eccleſiarum, &c. lib. 1. cap. 14. quæſt. 4. folio 117. loquitur de feſtis Ordinis Minorum, dicens: *Feſto item Conceptionis Beatæ MARIÆ dignior ritus tribuitur, quòd eam videlicet hujus Ordinis Doctores ab omni labe immunem contra ſecùs ſentientes præcipuè defenderint, &c.* In Hymnis variarum Galliæ Eccleſiarum, fol. 13. *In feſto Conceptionis B. MARIÆ ad Veſperas:* Ecce nova ſolemnitas. Ex Breviario Nivernenſi adducit Proſam ſingularem, quæ incipit: Lux ecce conſurgit nova, &c. Lib. impreſſ. Pariſiis 1657. in folio magno. Habemus etiam hujus Patris aliquas notitias de Conceptione manuſc.

CAROLUS Hanoque Gallus, in libro dicto: Nova Francia Orientalis, ſeu Alſatia exhilarata, fol. 447. ad diem 8. Decembris ad illud: Tota pulchra es amica mea, habet hæc Carmina:

*Conceptus, omnes, noxam contingitis Evæ*
*Peccatum tranſit .... omnipotenti.*

Lib. impreſſ. Pariſiis 1656. in 4. regali.

CAROLUS de Heredia, Comes Hiſpanus, ſcripſit Carmina *pro incontaminato Conceptu Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis in libro Sanct. Zapata de Conceptione, folio 193.

CAROLUS Heuver, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 20. Julii, anno 1638. Theſi 13. in Impertinenti: *Deiparam à debito peccati originalis vindicamus*. Impreſſ. ibidem in 4.

CAROLUS Ludovicus Malcot, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 24. Julii, anno 1652. Theſi 12. de Peccato originali, hæc defendit: *Ab illo omniq; ejus debito Mater Dei exempta fuit*. Impreſſ. ibidem in 4.

CAROLUS Maranta, Italus, Epiſcopus & Comes Palatinus, in Diœceſana Synodo Juvenacenſi præcepit, *ut obſervaretur feſtum Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, ut videre eſt verb. Juvenacenſis Eccleſia.

Item, in Conſtitutionibus Synodalibus Januen. fol. 21. inter dies feſtivos enumerat *Conceptionem B. MARIÆ Virginis*, &c. Vide infra verb. Januenſis Eccleſia.

CAROLUS Maruleſius, Italus, in lib. Meditationum R.P. Ludovici à Ponte, agit *de Immaculata Conceptione*, in 2. parte, Meditatione 3. puncto 4. fol. 32. Lib. impreſſ. Bononiæ, anno 1649. in 8.

CAROLUS Matthæi, Ordinis Minorum, Provinciæ Flandriæ Diffinitor, ſcripſit librum, cui titulus: Petite Guide des devots *à la Conception de la Vierge Mere de Dieu*, avec une addreſſe particuliere aux fideles enregiſtrez en la Confrairie de la Conception, erigée en l'Egliſe des Freres Mineurs Recollets à Nivelle, &c. in quo adducit duo officia Immaculatæ Conceptionis Latinè & Gallicè, ac Statuta Confraternitatis, &c. Impreſſ. Namurci 1641. in 12.

CAROLUS Moreau, Ordinis S. Auguſtini, edidit Gallicè librum: Zodiacus myſticus, ſive analogia Zonæ Auguſtinianæ ac cœleſtis, & fol. 221. ſub hoc titulo: De donis naturæ & gratiæ B. Virgini collatis ab initio ſuæ Conceptionis, &c. *agit de Immaculata Conceptione* uſque fol. 226. Lib. impreſſ. Tornaci 1636. in 8. Hunc librum poſtea Joannes Nivius ejuſdem Ordinis, latinitati donavit. Et fol. 288. in menſe Decembri agit de Indulgentijs in die Conceptionis. Et Pariſijs Gallicè an. 1624. in 8.

CAROLUS Muſart, Societatis Jesu, natione Belga, in Lilio Mariano, ſive de Sodalium Marianorum caſtitate, &c. Præſidio 1. folio 19. inquit: *Velim autem, ut id uſurpes in honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis*, non obſcuris enim, neque ſuſpectæ fidei teſtibus audio, ſingularem Immaculatæ Conceptionis cultum, plurimis ad caſtitatis amorem, & tutelam profuiſſe, &c. Lib. impreſſ. Muſſiponti 1623. in 12. regali, & Duaci 1622. in 12.

CAROLUS de Noyelle, Societatis Jesu Belga, in Theſibus Theologicis Lovanij die 4. Iulij, anno 1644. Theſi 14. de Originali, hæc defendit: *Ab eo ejuſq; debito Dei Matrem eximimus*. Impreſſ. ibidem & eodem anno in 4.

CAROLUS Nibernenſium Dux, & Ferdinandus Mantuæ Dux cum Adolpho ab Althaim Comite, Religionis Equitum Militiæ Chriſtianæ, *ſub titulo Conceptionis B. MARIÆ Virginis Immaculatæ primi Auctores extiterunt, & Fundatores, iuraveruntque, ac promiſerunt ſe ſemper pro viribus defenſuros Conceptionem Virginis MARIÆ Immaculatæ, & in hac re, & in omnibus ſanctiſſimæ Dei Matris gloriam promoturos*. Gerebant in pectore Crucem auream no-

tis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis vermiculatam cœrulei coloris, quæ in medio habebat imaginem Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ, quam Militiam confirmavit Urbanus VIII. Pontif. Max. &c. Vide Conſtitutiones prædictas & Bullar. tom. 4. conſtit. 11. 27. & 40. & Conſtitutiones prædictæ Militiæ fuerunt impreſſ. in Camera Apoſtolica in 4. cum Bullis. Hippol. Marrac. in Principibus Marianis.

CAROLUS VIII. Francorum Rex, ad annum 1475. dedit quoddam privilegium Præmonſtratenſibus, in quo ſic loquitur de Sancto Norberto: Habitum tamen album jam deliberaverunt aſſumere, de quo à Beata Virgine admonitus fuerat, aſpiciebat enim in honorem ſuum, *& ſuæ puriſſimæ Conceptionis* candidum Ordinem præparari, &c. Vide Joan. Paige tom. 2. Biblioth. & Euſeb. Nieremb. cap. 7. fol. 56.

Item, idem Chriſtianiſſimus Galliæ Rex anno 4. ſui Regni, dedit amplas pietateque plenas litteras pro omnibus Provincijs ſui Regni, ut Gubernatores earum publicarent indulgent. & gratias Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis ſitæ in Conventu Patrum Auguſtinianorum Pariſien. ac etiam facerent pro viribus in ſuis civitatibus & terris, ut prædicta Confraternitas dilataretur & inſtitueretur ubique. Litteræ incipiunt ſic: *Charles par la grace de Dieu Roy de France, au Prevoſt de Paris, &c.* Datæ Beauvais, die penultima Septemb. 1486. Illas adducit integras ex archivo eiuſdem Conventûs Anonymus Auguſtinianus, in libro Privilegiorum eiuſdem Confraternitatis, fol. 28.

CAROLUS à Sancto Paulo, Abbas Generalis Fevillans Gallus, in libro inſcripto: Tableaux des qualités eminentes de S. Joſeph, cap. 2. fol. 88. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta abſque originali culpa, utpote ab ea præſervata, &c.* Lib. impreſſ. Pariſiis anno 1626. in 8.

CAROLUS Pelingotus, Romanus Italus, *edidit de B. Virgine concepta* Orationem, ab eodem in Congregatione Curialium S. Pauli in Platea Columnenſi habitam, & ſeorſim impreſſam Romæ 1631. in 4.

CAROLUS le Prevoſt d'Herblay Gallus, in libro dicto: La vie de noſtre Seigneur Jesus Chriſt, ou les concordances des Evangiles, in principio de ſanctiſſima Virgine dicit: *Quòd fuit concepta die 8. Decembris abſque originali peccato.* Et in fine fol. 5. adducit Litanias particulares B. Virginis, ubi ſic dicit: *Virgo concepta ſine peccato.* Liber extat impreſſ. . . . . . 1653. in 4.

CAROLUS V. Gallorum Rex, cognomento Sapiens, circa ann. 1366. edidit Statuta Regia, ſeu leges *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ.* Ita Hippol. Marrac. in Catalogo & Biblioth. fol. 264. & in Regeſt. Marian. fol. 37. ex Tract. R.P. Lucæ Wadding. de ſcandalis exortis, in materia de Conceptione, §. 2. num. 6.

CAROLUS Ramellus Italus, edidit librum ſub hoc titulo: De Beatæ Virginis præſtantia, *eiuſque ſanctiſſima Conceptione, & ſanctificatione,* & quàm perinde eius gloria in ſancta refulgeat Eccleſia, cui tripartitum Pſalterium additum eſt, quo Chriſti, & Mariæ magna trophæa canuntur, &c. & de Conceptione agit à folio 12. uſque 50. per modum Sermonis. Impreſſ. Venetiis 1621. in 12. regali.

CAROLUS Regius, Societatis Jesu Siculus, in libro: Orator Chriſtianus, lib. 6. cap. 22. fol. 256. poſt multa, inquit: Quare ſit Oratori Chriſtiano Maria, & ſpeculum, & exemplar perfectiſſim[um] quod in omni genere cauſarum proponat *in [ne]gativo peccatoribus Immaculatiſſimum, ad cuius aſpe[ctum] erubeſcat omnis inquinatus animus:* in illuminati[one] ut ſtellam fulgentiſſimam, &c. Lib. impreſſ. Mo[gun]tiæ 1612. in 4. & Romæ 1612. Iſte non videtur expreſſus, ſed tamen favet.

CAROLUS Rouſſel, Ordinis Prædicatorum Doctor Theologus Pariſienſis, & Prior Conventûs S. Ludovici de Evreux; in libro dicto: La pi[euse] defenſe des grandeurs de la Vierge, & de ſ[on] ſainct Roſaire, &c. folio 200. Decimus diſcurſus in quo agitur de proportione inter ſtellam tr[a]montanam, & Virginem, *& de ejus puriſſima & Immaculata Conceptione.* Latè uſque fol. 226. de ejus ab originali peccato præſervatione. Lib. impreſſ. à Evrex 1625. in 12.

Item, in libro: La Couronne de la Vierge, o[ù] eſt traicté de ſes perfections, & prerogatives, &c. folio 100. *Quòd B. Virgo habuit uſum rationis & vi[dit] divinam eſſentiam à ventre Matris ſuæ Annæ eodem [in]ſtanti quo fuit concepta, & quod fuit præſervata à pe[cca]to originali, ſpeculum ſine macula, propter ſuam pu[rita]tem, &c.* latè. Lib. impreſſ. Pariſiis 1614. in 12.

Item, in libro dicto: L'ouverture des ſep[t] ſ[ceaux] &c. ſunt duo Sermones *pro Immaculata Virginis [Con]ceptione,* quorum primus incipit ſub themate: Li[ber] generationis; & quid habet Eſther, &c. Secund[us] In hoc cognovi quoniam voluiſti me, &c. Pa[ri]ſiis 1627. in 8.

CAROLUS VI. Francorum Rex Chriſtianiſſimus, cùm in Dominicanam familiam ex animo & affectu pronus eſſet, *pronior verò, & obſequentior in Deiparæ immunitatem,* Guilielmum Valonem, Epiſcopum Ebroicenſem Dominicanum, ſimulque omnes omninò eiuſdem Ordinis alumnos piæ [o]pinioni, id eſt de B. Virginis Mariæ Immaculata Cóceptione, infenſos à Regiis confeſſionibus ſubmovit, donec Mariæ immunitati falces ſubmitterent. Vide Henricum Spondanum in Annal. ad annum 1397. num. 7. Velazquez, lib. 4. de Maria Immaculatè concepta, diſſert. 10. adnot. 3. fol. [...]

CAROLUS Siciliæ Rex, ut apparet in Bibliotheca D.D. Cardinalis Mazarini, habet librum ſub hoc titulo: Officium B. Virginis Mariæ compoſitum & ordinatum per sereniſſimum Principem D. Carolum Dei gratiâ Jeruſalem & Siciliæ Regem illuſtrem, & incipit: O fœlix *Virgo Virginum Concepta mirabiliter,* da merentibus laudare te ſincerè, &c. Et in tertia Antiphona: Ex David ſemine p[ro]*les concipitur, quæ ſancto Flamine repleta creditur Ma[tris] in utero.* Extat in charta pellicea pulchris characteribus in 8.

CAROLUS de Silva, Poëta Hiſpanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma, quod extat in libro impreſſ. Hiſpali 1616. in 4. fol. 6.

CAROLUS à Spiritu Sancto, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Epiſcopus Syracuſanus, & Cardinalis electus, ſcripſit Tract. ſeu libros duos *de Conceptione B. Virginis MARIÆ,* de quo mentionem facit Hippol. Marrac. in Catalogo ad an. 1[...] & in Biblioth. fol. 267. & in Purpura Mariana fol. 100. Piſtoia, fol. 163.

CAROLUS Stappens, Societatis Jesu Belga, in Theſibus de Peccatis, habitis Lovanij die 13. Novemb. 1638. Theſi 4. defendit *Virginem MARIAM unicè fuiſſe exemptam à peccato originali, & illius di[...] &c.* Impreſſ. ibidem in 4.

CARO

CAROLUS Stengelius, Ordinis S. Benedicti Flander, in libro de paſſione Domini noſtri JESU Chriſti, cap. 87. fol. 494. ad illud: Mulier ecce Filius tuus, inquit: Non dicit Mater, ne viſcera eius æquo vehementiùs commoveret, ſed Mulier, *quod vocabulum eſt non corruptelæ, ſed ſexus, &c.* Adeò providus fuit Chriſtus Dominus in Matrem ſuam, quòd noluerit eam vocare nomine corruptelæ, non fœmina, non Mater, ſed mulier, ſcilicet nomine quo vocata eſt Eva, quando iuſtitiâ originali prædita formata eſt in Paradiſo: ideo hoc nomine, & non alio vocavit MARIAM, ſignans ſic, quòd à corruptela peccati originalis erat libera. Lib. impreſſ. Auguſtæ Vindelicorum 1622. in 4.

CAROLUS Thomaſius, Clericus Regularis Italus, ſuppreſſo nomine, edidit librum ſub hoc titulo: Eſercicio divotiſſimo de la preſenza di MARIA, col quale ſi loda continuamente la ſua puriſſima vita, è ad imitatione di quella, ſe divide, è regola la noſtra con la providenza della ſua gracia, &c. Agit de Immaculata Virginis Conceptione, à fol. 65. ubi inter alia habet hæc verba: Onde doppo nella pianeza di tempi eſſendo formato il voſtro corpicciuolo nel ſeno della Sanctiſſima vecchia rela Anna, con quella ſteſſa ſantita attuale, è purità s' hauerebbe formato prima del peccato nel Paradiſo terreſtre, è coſi perfetto, che eccedeua la perfettione Angelica, *il grande Idio v' infuſe ſubito l' anima bella ſenza colpa originale, ſenza fomite al peccado, colma di tutte le perfettioni, ſantificata, confermata in gratia, è preſſo che creata beata; mentre il quel primo inſtante vidde alla ſuelata la bella faccia di Dio, &c.*

Item, infra in Corona prædicti exercitij, & Roſarij vocat ſacratiſſimam Virginem, Immaculatam, puriſſimam. Et in Antiphona, fol. 158. *Ave ſine væ concepta MARIA.* Vide ibi. Lib. impreſſ. Panormi 1651. in 8.

CAROLUS Troctus Italus, Ferrarienſis Epiſcopus, in Diœceſana Synodo Balneoregien. fecit Decreta varia circa modum prædicandi, ac *de obſervatione feſtivitatis Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ, &c.* Vide infra verb. Balneoregien. Eccleſia.

CAROLUS Zevallos de Saavedra, Doctor Hiſpanus, in libro Idearum Concionatorum, tom. 1. Serm. de Nomine MARIÆ, à R. Patre Fœlice Ortenſo Paraviſino elaborato, fol. 513. *de puritate B. Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Barchinone, an. 1638. in 4.

CASIMIRUS Jagellonius, Princeps Poloniæ, in Hymno ad Beatam Virginem, p. 2. inquit:

*Pulchra tota, ſine nota*
*Cujuſcunq; maculæ, &c.*
*Quam non flexit, nec allexit*
*Fraus ſerpentis veteris.*

Extat in libro de ejus vita Italicè conſcripto, & impreſſ. Panormi 1642. in 4. Hæc auctoritas meo judicio expreſſa eſt pro Virginis MARIÆ immunitate à peccato originali. Extat etiam in Manuali Sodalitatis Beatæ Virginis Aſſumptæ. Impreſſ. Pariſiis 1629. folio 54.

CATHARINA Gudiel de Peralta, fœmina Hiſpana, in quadam Cantione de ſacratiſſima Virgine Dei Matre, per alluſionem ad ejus Conceptionem, inquit:

*Fue la pequeña fuente*
*Quetuuo ſu principio entre chriſtales*
*Breves, puros, y bellos.*

Extat impreſſ. in Sacrario ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ, folio 33.

CATHARINA Lezcano, fœmina Hiſpana, edidit Hieroglyphicum ad illud: Renovabitur ut aquilæ juventus tua, *ad Marianam Conceptionem Immaculatam.* Extat cum aliis impreſſ. in lib. de Conception. Sanct. Zapatæ folio 145.

CATHARINA Medicea, Mantuæ Duciſſa, quotidie recitabat *Stellarium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita ex Fulgentio Gemma, & aliis Hipp. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 83.

CATHARINA Vicecomes, & Duciſſa prima Mediolanenſis, ad ann. 1375. inſtituit, dotavitq; Capellam in Curia Ducali, ubi Fratres Minores celebrarent *feſtum Immaculatæ Conceptionis*, quam poſtea tranſtulit ad eandem Eccleſiam S. Franciſci. Vide de hac Bernard. de Buſtis, ſerm. 7. part. 1. & Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 99.

CATHEMERINUS Græcus, in invocatione Venerandæ Trinitatis, & Beatorum Sanctorum, ſic vocat Deiparam: *Incontaminata, impolluta, incorrupta, Immaculatiſſima, ſanctiſſima, illibatiſſima, venerandiſſima, &c.* Vide Joann. Euſebium Nieremb. in Epiſtola ad Cardinalem Tolet. fol. 24. & in libro Sacro Syllab. §. 9.

CENTINUS, Aſculanus Epiſcopus, ac S. R. Eccleſiæ Cardinalis, anno 1614. in Conventu Capuccinorum Maceratæ, talem poſuit inſcriptionem: Hanc Eccleſiam *in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* conſecravit, eandemque in ejus anniverſario viſitantibus 100. dies de vera Indulgentia conceſſit. Ex noſtro Appendice Armamentarij Seraph.

CERRICUS Caſſenellus, Epiſcopus Altiſiodorenſis & Doctor Pariſien. multa egit *pro myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ex Henrico Spondano, ad annum 1387. tom. 2. num. 7.

CESFRANCUS Cronein, Theologus Italus, ſed incognitus, in libro dicto: Il merito della Beatiſſima Vergine MARIA ſpiegato in vulgare, &c. *de privilegio Immaculatæ Conceptionis*, cap. 2. fol. 10. & fol. 70. ſub hoc titulo: An Virgo meruerit ſibi de congruo *exemptionem à debito peccati originalis?* & probat latiſſimè affirmativam, uſque ad fol. 112. pulcherrimis rationibus. Impreſſ. Barchinone anno 1646. in 4.

CHERUBINUS Ferrarius, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro: Alegrezze di MARIA Vergine nell' Natale di N. Signiore; de gratijs, atque pulchritudine Virginis MARIÆ, *ac de ejus Immaculata Conceptione*, Madrigalia duo, fol. 7. & 8. Lib. impreſſ. Caſali 1610. in 4.

Item, in Libro: Fiori delle gratie, & delle bellezze di MARIA Vergine, &c. *de Conceptione Virginis MARIÆ ſine macula*, Madrigalia duo, fol. 7. & 8. Lib. impreſſ. Mediolani 1613. in 4.

CHERUBINUS de Spoleto, Ordinis Minorum Italus: *Quòd B. Virgo MARIA nunquam originale peccatum contraxit, utpote libera à triplici væ peccati, mortalis, venialis, & originalis*, in lib. ſuorum Serm. Quadrageſimalium, ſerm. 16. de expoſitione Salutationis Angelicæ. Impreſſ. Venetijs 1511. in 8.

CHEVALIER dell' Hermite Vancelle, Gallus, in Expoſitione ſuper Ave MARIA Gallicè, à fol. 10. *Quòd Virgo Immaculata fuit abſque triplici væ, & abſque omni maledictione, ſed plena omni gratia, & abſq; ullo peccato.* Vide ibi uſque ad fol. 20. Lib. impreſſ. Pariſijs 1643. in 8.

CHISDASVINDUS Rex Hiſpan. *propter Deiparæ Virginis Conceptionem ab omni originali peccato immunem*, incredibili devotione, & affectu præcepit, ut quæ à Sancto Iſidoro de feſto ejuſdem Conceptionis V. MARIÆ fuerant ſtatuta, ſumma cum devotione obſervarentur. Ita Marrac. de Regibus Marian. fol. 46. ex Ægidio, libro 3. quæſt. 6. & ex Ojeda, & aliis.

CHRISTIANA, vel Oringa à S. Cruce; Ordinis S. Auguſtini Beata, in Provincia Etruriæ, anno 1310. cùm in extaſi vidiſſet Deiparam in fulgentiſſimo throno reſidentem, atque alba veſte pretioſiſſima amictam, exultantibus circa ipſam omnibus Sanctis, & feſtum ſolemne agentibus, dictum fuit illi: Miraris Chriſtiana honorem, qui ab Angelis hodie Matri meæ glorioſæ exhibetur, & quâ induta eſt veſte; *ſed ſcito hodie agi in cœlo celebritatem Immaculatæ Conceptionis ejus, quæ inde concepit, ac peperit verum Deum, & hominem, illibata ſemper Virginitate. Veſtimenti ejus candor prærogativa eſt ſingularis innocentiæ*, &c. Propter hanc viſionem voluit Chriſtiana, Monaſterio quod deinde erexit, nomen eſſe Sanctæ MARIÆ Novellæ, ſtatuitq; ut in eodem (ſalva Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Summiq; Pontificis auctoritate, & reverentia) quotannis ſacræ Conceptionis ſolemnitas celebraretur. Vide eius vitam apud Silvanum Razzium, & Bolandum in menſe Januario, & Velazquez de MARIA Immaculatè concepta, lib. 4. diſſert. 7. adnot. 1. fol. 354. & Hippolyt. Marrac. in Lilijs Marianis, folio 329.

CHRISTIANUS Adricomius Delphus, in Theatro Terræ ſanctæ, & Biblicarum hiſtoriarum, *de Domo S. Annæ Aviæ Chriſti, in qua concepta fuit Beata Virgo MARIA*, folio 153. num. 37. Infra: Quomodò S. Anna ad diem 8. Decemb. *concepit Virginem MARIAM, ipſamq; peperit* die 8. Septembris. Impreſſ. Coloniæ, anno 1593. in fol. magno. Etiam in Chronicon ad diem 8. Decembris, *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* fol. 194. Ibi & Hiſpanicè in 4.

CHRISTIANUS Hiſckirius, Juliacenſis, in libro: Hortulus animæ recens editus, &c. in Kalendario, adducit *Conceptionem B. MARIÆ Virginis*. Lib. impreſſ. Lovanii 1551. in 12. & Antuerpiæ 1533. in 8.

CHRISTIANUS Maior Mengelbodenſis, Societatis Jesu Germanus, ſcripſit Meditationes de feſtivitatibus Virginis MARIÆ, inter quas ſunt Meditationes *de Immaculata Conceptione eiuſdem Dominæ noſtræ*. Impreſſ. Coloniæ 1635. ex Alegambe, fol. 73. Marrac. in Biblioth. fol. 257. & in Catalogo.

CHRISTIANUS Maſſeus, Cameracenſis, in libro Chronicorum multiplicis hiſtoriæ utriuſque Teſtamenti, lib. 8. folio 98. loquendo de obitu Virginis MARIÆ, & eam anno quinquageſimo vitę ſuę, decimâ quintâ die menſis Auguſti, feria 4. ad Dominum migraſſe, manſiſſeque in ſepulchro quadraginta diebus, & ita 23. Septembris die Dominico, etiam anno quinquageſimo, corpore ſimul & anima ſuper omnes Choros Angelorum fuiſſe exaltatam; proſequitur: Hæc eſt mediatrix noſtra poſt Deum, ſpes noſtra, *quæ ſine peccato concepta, ſemper immunis, & libera fuit ab omni labe*, ſecundùm illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, ea namque puritate ſemper nituit, &c. Lib. impreſſ. Antuerpiæ anno 1640. in folio.

CHRISTOPHORUS de Aguirre, Canonicus Compoſtellanus Hiſpanus, folio 3. de Peccato originali: *Quod Virgo MARIA fuit exempta ab eodem peccato originali divina diſpenſatione*, in libro: Breve tratado de la Theologia moral. Impreſſ. Pariſiis 1661. in 8.

CHRISTOPHORUS à S. Antonio, Ordinis Minorum Hiſpanus, in illo ſingulari libro, cujus titulus eſt: Triumphus Chriſti JESU contra Infideles, dicato Virgini MARIÆ, tit. 7. condit. fol. 155. colum. 4. inquit: *Nam conſonat, & pri[illegible] opinionem Scoti, & ſequacium, quòd non ſolum in infuſione animæ B. MARIÆ in corpore fuit à peccato originali, ſed etiam ante infuſionem animæ intellectivæ fuit caro B. Virginis virtute Spiritûs Sancti mundata, & purificata*, & dedicata, ut eſſet ſanctiſſima, ut in illo inſtanti, quo anima infundebatur non eſſet infecta, ſed iam mundificata, & fugans dæmones, & ſic non ſubdita dæmoni, &c. Ibidem, titulo 16. folio. [illegible] *Quòd Virgo MARIA immunis fuit à peccato originali*, latè ex verbis illis B. Job: Pereat dies. Ibidem, titulo 20. fol. 235. habet hanc orationem: Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum, Dominus tecum, Dominus tecum, & tu Domina mea ſemper mecum, Benedicta tu in mulieribus, *& benedicta Anna Mater tua, quæ ſine peccato concepit, & peperit*, & benedictus fructus ventris tui JESUS Chriſtus. Virgo ſanctiſſima MARIA Mater Dei Domini noſtri JESU Chriſti, ora pro me & omnibus peccatoribus JESUM. Amen.

CHRISTOPHORUS l'Arbalettrie, Ordinis S. Auguſtini Belga; ſub R. P. Franciſco Farvacques defendit Lovanii in Comitiis Provincialibus habitis die 13. Maii 1658. ex S. Auguſtino lib. de Nat. & Grat. hanc Propoſitionem: *Diva Virgo non contraxit originale*. Fuerunt impreſſ. ibidem in 4. eodem anno.

CHRISTOPHORUS de la Aſſumpcion, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, *circa Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem* Poëma, quod extat fol. 41. *Et pro eadem Immaculata Virginis Conceptione* Cantionem unam, folio 58. Lib. impreſſ. Hiſpali anno 1616.

CHRISTOPHORUS de Avendaño, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, *de pura, & Immaculata Conceptione Matris Dei* Sermonem, à fol. 73. uſque 87. incipit: San Juan. Impreſſ. Valentiæ 1623. in 4. & Valliſoleti 1629. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, idem habet *in ſolemnitate puriſſimæ Conceptionis V. MARIÆ* Sermonem alterum, in Marial. fol. 1. uſque 14. incipit: El Glorioſo. Impreſſ. Barchinone 1629. in 4. & Valliſoleti 1629. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & Venetijs 163[illegible]

Item, in Sermonibus de Sanctis: *Quòd MARIA fuit fermentum, quo maſſa Adæ fuit fermentata, & quæ nullam habuit culpam, &c.* in Serm. de S. Joſeph.

Item, in Serm. de aliis feſtivitatibus Sanctorum, *in ſolemnitate puriſſimæ Conceptionis Matris Dei* Sermonem, à folio 24. uſque 165. incipit: Quando la Reyna. Impreſſ. Valliſoleti 1628. in 4.

Item, in Sermonibus Adventualibus, Serm. de *feſtivitate puræ, & Immaculatæ Conceptionis MARIÆ Matris Dei*, à fol. 124. uſque 148. Impreſſ. Valentiæ 1623. in 4.

CHRISTOPHORUS Bañez, Hiſpanus, ſcripſit Tractatum, ſeu Opuſculum ſub hoc titulo: Apologia in Aſſertu quodam Joannis Calcaci, & eius Præſidis, fautorumque, quibus in homine in ſtatu inno-

innocentiæ, & in Chriſto Domino, eiuſque Matre ſanctiſſima extrema craſſiora naturalis reſolutionis, ſolius naturæ viribus inhiberi potuiſſe contendunt, &c. *ubi de Virginis Conceptione tanguntur aliqua.* Lib. impreſſ. in folio, abſque loco & anno impreſſionis.

CHRISTOPHORUS Barrucchinus, Ordinis Minorum, in libro: Compendium Meditationum, Decem puncta meditanda *de admirabili puritate ſanctiſſimæ Virginis in ſua Conceptione*, Meditationem unam, in ordine undecimam, à fol. 84. uſque 93. Impreſſ. Venetijs, anno 1600. in 24.

CHRISTOPHORUS de S. Bonaventura, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *de intemerata puritate Conceptionis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis Granatæ, fol. 255.

CHRISTOPHORUS Brignones, Clericus Italus, edi curavit unum librum, ſub hoc titulo Italico: *La Niebbia ſgombata, difeſa Dominicana, per la limpia, & Immaculata Concettione de la gran Madre di Dio MARIA*, compoſta in Caſtigliano, dal Doctor D. Marc. Antonio Palao, Decano d' Oriolo. Lib. impreſſ. Panormi 1654. in 4. Extat ibidem Panegyricum pro Immaculata Conceptione R. P. Joſephi Spucces, Societatis JESU.

Item, ad finem extat Tractatulus ſub hoc titulo: Patrocinio dell' gran Madre di Dio MARIA, alla ſua fœlice Città di Palermo, è fedeliſſimo Regno di Secilia, con la generoſa expreſſione dell' antiquiſſimo affeto nell' ſolemne voto, è giuramento di propagare, & exaltare *la original innocença della Immaculata Concettione*, à 15. di Auguſto 1624. proteſtata, è acclamata à nome della felice Città di Palermo dall' Eminentiſſimo Cardinale Arceveſcovo D. Gioannetino Doria, &c. Lib. impreſſ. ibidem.

CHRISTOPHORUS de Cabrera, Theologus Hiſpanus, in libro inſcripto: Roſarium Beatæ, benedictæ, & almæ Genitricis Dei MARIÆ, iuxta ſanctum Evangelium, ſacramque Scripturam, triplici lingua, Latina, Hiſpanica, & Italica, &c. in Decade 5. Ave MARIA 8. Primò ſic Hiſpanicè: *Benedita tu preſeruada del peccado original, &c.* Secundò ſic Italicè: Benedeta tu ben præſervata dal generale peccato originale. Tertiò ſic Latinè: Munda, Concepta, Immaculata, ſuper ſidera ſumpta, &c. Impreſſ. Romæ 1584. in 8. magno.

Item, ad ſacratiſſimam Virginem Dei Genitricem MARIAM, ante ejus imaginem à Succurſu vocatam, in Gregoriana Capella Baſilicæ S. Petri Romæ, *die feſto ejuſdem Immaculatæ Conceptionis*, anno Domini 1580. in communem piarum animarum uſum, & fructum recens excuſum Carmen. Impreſſ. Romæ, 1590. in charta expanſa.

CHRISTOPHORUS de Camera, & Murga, Epiſcopus Canarienſis, in Conſtitutionibus Synodalibus Inſularum Canariæ, fol. 127. ad diem 8. Decembris, *de feſtivitate Conceptionis Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ* obſervanda. Lib. impreſſ. Matriti, anno 1604. in 4.

CHRISTOPHORUS de Capite Fontium, quondam Generalis Miniſter Ordinis Minorum Gallus, in Compendio Privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium à ſe recognito, verb. Conceptio Virginis, adducit Indulgentias, conceſſiones, ac privilegia conceſſa à Summis Eccleſiæ Pontificibus, *pro myſterio, & officio Conceptionis Virginis MARIÆ*, fol. 48.

Item, ibidem de ſtationibus Urbis, adducit Indulgentias, quæ habentur *in vigilia, & feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*, folio 111. Extat lib. impreſſus 1578.

CHRISTOPHORUS à Caſtro, Societatis JESU Hiſpanus, in Hiſtoria Deiparæ MARIÆ, *de B. MARIÆ Conceptu* & ortu, caput unum. Moguntiæ 1610. in 4. & Compluti 1605. à fol. 61. uſque 94. Prodijt etiam Coloniæ anno 1630. in 8. ſub titulo: Roſetum Marianum, & de Conceptione Virginis agit latè à fol. 58. uſque 96.

CHRISTOPHORUS Columbus Italus, primam à ſe reſeratam Inſulam in novo Orbe, vocavit, atque intitulavit *ſub nomine Immacul. Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 10. adnot. 1. fol. 375.

CHRISTOPHORUS Delgadillo, Ordinis Minorum Hiſpanus, electus Epiſcopus Tuycienſis, in libro de Incarnatione, cap. 2. diffic. 2. fol. 174. num. 16. *Quomodò Virgo fuerit præſervata ab originali peccato, tum ex decreto abſoluto, tum ex prævisione mortis Chriſti, &c.* latè ſatis, & eruditè. Lib. impreſſ. Compluti, 1653. in 4.

CHRISTOPHORUS Fernandez de Figueroa Hiſpanus, ſcripſit Poëmata *de Immaculata Conceptione Dominæ noſtræ.* Extant in libr. Zapatæ de Conceptione, fol. 79.

CHRISTOPHORUS Fernandez à Valtodano, Epiſcopus & Comes, imprimi fecit Miſſale Palentinum, in quo fol. 210. *eſt officium Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Palentiæ 1568. in folio.

CHRISTOPHORUS de Fonſeca, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, *de Conceptione Virginis MARIÆ*, caput unum 1. par. de vita Chriſti. Barchinone 1587 in 4.

Item, *de Conceptione ſanctiſſimæ Virginis* Tractatum latiſſimum, in 3. par. vitæ Chriſti. Matriti 1622. in folio.

Item, in Sermone de Nativitate Virginis declamato in Sacrario Toletano, agit *de Immaculata Conceptione Matris Dei*, fol. 13. Impreſſ. ibid. 1571. in 4.

CHRISTOPHORUS Gaviria, Eques Torquatus S. Jacobi, & Poëta Hiſpanus, edidit Cantionem *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut videre eſt in libro dicto: Relatio Panegyrica. Impreſſ. Matriti 1653. in 4. folio 81.

CHRISTOPHORUS Geardi Novarienſis, & Epiſcopus Caſtrenſis Italus, edidit Compendium vitæ Franciſci de Sales, & pag. 112. & 262. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Lib. impreſſ. Romæ Italicâ linguâ, anno 1648. Ex Marrac. in Catalog. Vide Franciſcum de Sales.

CHRISTOPHORUS Gebuoldius, in Notis ad librum: Metropolis Salisburgenſis, tomo 3. *de feſto Conceptionis Beatæ MARIÆ* Notam, ſeu Capitulum. Lib. impreſſ. Monachii 1620. in folio.

CHRISTOPHORUS Gonzalez, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, in libro: Conſideracion de agradecimiento Chriſtiano, in dedicatoria, cujus titulus eſt: A la mas eſclarecida de todas las puras criaturas, MARIA Madre de Dios Señora nueſtra, &c. plura invenies *de præſervatione Virginis à peccato originali.* Et conſiderat. 5. §. 6. & 7. *Quod Virgo MARIA fuit abſque maculâ concepta*, à folio 98. uſque 115. Lib. impreſſ. Matriti 1606. in 4.

Item, in libro: Diſcurſos eſpirituales, y predicables, ſobre doze lugares del Geneſis, diſcurſ. 7. cap. 7. part. 2. fol. 34. *Quòd puritas ſanctiſſimæ Virginis MARIÆ, omni alia puritate, excepta Chriſti Domini, fuit major, & excellentior.* Vide ibi latè. Impreſſ. Matriti 1603. in 4.

Item, in libro Conſiderat. ſuper Pſalm. 133. Ecce nunc benedicite Dominum: *Quòd ſanctiſſima Dei Mater fuit in ſua Conceptione pura, Immaculata, & abſque ullo minutiſſimo nævo.* Lib. impreſſ. Matriti an. 1609. in 4.

CHRISTOPHORUS Granados de los Rios, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, in libro: Hiſtoria de nueſtra Señora de los Remedios de la Fuen-Santa, &c. fol. 44. & 84. & præcipuè 152. agit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, vocans eam miraculoſam, & ſanctam, &c. Vide ibi. Lib. impreſſ. Matriti 1658. in 4.

CHRISTOPHORUS Guellen de Paz, Canonicus Civitaten. Hiſpan. in Serm. de Expectatione Dominæ noſtræ, fol. 30. inquit: Pero haſta ahora no ſe ha provado; porque ni fue, ni ſu benditiſſimo Hijo lo permitiò, que no tuuiera tanta capacidad eſte circulo, quanta condecencia era neceſſaria, para encerrar en ſu circunferencia al que no cabia en los circulos, y orbes celeſtiales, ſi tuviera algun angulo de pecado, ni venial, que es en lo que todos concuerdan, y eſtà aſſentado por el ſanto Concilio Tridentino, ſeſſ. 9. can. 23. *ni original*, en que algunos puſieron duda, &c. Serm. impreſſ. Salmanticæ 1615. in 4.

CHRISTOPHORUS Hartmannus, Monachus Ordinis S. Benedicti, in libro: Annales Eremi Deiparæ Matris Monaſterii in Helvetia, in Abbate 34. folio 439. ad annnm 1509. inquit: Eodem anno, Bernæ quatuor Prædicatorum Ord. Monachi in Deiparam Virginem impii flammis extincti ſunt Pridie Kalendas Junii: præſentibus Aimone Lauſanenſi, Matthæo Sedunenſi, Aquille Caſtelli Epiſcopis, Apoſtolico Legato, inſigni & immortali Bernenſium Dei, & ejus intemeratæ Matris vindicum, & ultorum claritudine, &c. Quòd autem ſit hoc propter illum caſum *de Conceptionis*, de quo ſępe locuti ſumus, per ſe patet. Lib. impreſſ. Friburgi 1612. in folio.

CHRISTOPHORUS de Meſſa, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Beata Dei Genitrice MARIA, in principio inquit:

*Aquella que triunfo del bajo inſierno*
*Quebrantando la cabeza à la ſerpiente*
*Vnica Muſa* ..............

Extat impreſſ. Matriti cum aliis, anno 1617. in 4. folio 42.

CHRISTOPHORUS Moreno, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit librum ſub hoc titulo: Libro intitulado: Limpieza de la Virgen, y Madre de Dios, &c. & totus eſt *de Immaculata Conceptione Deiparæ*, & habet capita 9. Impreſſ. Valentiæ 1582. in 8. Prodijt etiam ſub hoc titulo: *De revelatione myſterij puræ, & Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Matris Dei, conceptæ abſque macula originalis peccati.* Panormi 1625. in 8.

Item, *de Immaculata Conceptione B. Virginis Deiparæ MARIÆ* Sermonem, in Mariali manuſcripto, quod extat in Conventu PP. Carthuſian. del Paular.

Item, *de puritate, quam habuit glorioſa Virgo ab inſtanti ſuæ Immaculatiſſimæ Conceptionis*, in Interrogatione 14. cap. 19. per integrum.

Item, de figuris ſacræ Scripturæ, *quæ tractant de puriſſima Conceptione Matris Dei*, cap. 20. 21. & 2[illegible] titulato Hiſpanicè: Segunda parte de la claridad intitulada lumbre del Chriſtiano. Valentiæ 157[illegible] in 8. & in Elencho à folio 808. uſque 829.

Item, in Libro de excellentijs S. Joannis Evangeliſtæ, compoſito à R. P. Didaco Stella, & ab co[illegible]cto, cap. 10. art. 4. folio 451. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit præſervata in ſua Conceptione.* Impr. Valen[illegible] anno 1595. in 8.

Item, in Tract. de Archiconfraternit. Chordigerorum S. P. N. Franciſci, &c. à folio 41. de Indulgentijs conceſſis *pro die Conceptionis.* Impreſſ. Barchinone, anno 1592. in 8.

CHRISTOPHORUS de Ortega, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *pro immunitate Virginis, ac ejus Immaculata Conceptione*; ut videre eſt in libro impreſſ. Granatæ 1650. fol. 2[illegible]

CHRISTOPHORUS Pardo de la C[illegible], Poëta Hiſpanus, compoſuit Gloſſam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Baëzæ 1618. in 4.

CHRISTOPHORUS Patricius, in Menologio Conſtantinopolitano, ad diem 8. Decembris *de feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Anonymus Gallus, in lib. de piet. Eccleſ. Orient. fol. [illegible] Lib. impreſſ. Pariſiis 1645. in 8.

CHRISTOPHORUS de Robles & Vilc[illegible], Doctor Hiſpanus, edidit Concionem Evangelicam de Sacratiſſima Euchariſtia, *in Regali Monaſterio Conceptionis de Calatrava Matrit.* Lib. impreſſ. Matriti 1646. in 4.

CHRISTOPHORUS le Roy, ex Ordine Carmelitarum Gallus, in libro: Le Jardin des prieres de la S. Mere Tereſe de JESUS, &c. fol. 1[illegible] *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Rothomagi 1604. in 24.

CHRISTOPHORUS Ruiz de Villavitioſa, Prior Valdepenſis, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Impreſſ. cum aliis Baëzæ 161[illegible] in 4. & alia Carmina extant ibidem folio 88.

CHRISTOPHORUS Sanctoius, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, recognovit, ac reſtituit Scrutinium Scripturarum Pauli de Sancta Maria, Epiſcopi Burgenſis, ubi dicit: *Quòd in omnibus hominibus habuit aliquam poteſtatem Satan, præterquam in IESV, & Matre eius*, &c. Ita c. 6. fol. 383. Lib. impreſſ. Burgis 1591. in folio. Vide Paulum de S. Maria.

CHRISTOPHORUS Sanctotiſius, Burgenſis, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, tom. 1. Expoſitionis Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum cap. [illegible] à fol. 66. latiſſimè agit de genealogia MARIÆ, & ejus origine, ubi quamplures invenies laudes Virginis Deiparæ, quæ juxta ſubjectam materiam accipi debent, ſcilicet de ejus generatione, ortu & Nativitate tam in utero, quàm extra uterum, quibus omnibus clavem apponit his verbis: Spectet, ac miretur qui velit pulcherrimam hujus mundi fabricam, atque gubernationem: *quidquid autem vel in cœlo, vel in terra creatum eſt, quantumvis amplum, excellens, illuſtreque videatur, ab hoc opere [illegible] & divino, quod in MARIA tam electo vaſe peractum eſt, multis ſanè modis ſuperatur, atque offuſcatur, &c.* Lib. impreſſ. Burgis 1598. in fol.

CHRISTOPHORUS Scheurli, Juris Conſultus Germanus, in Libello de Sacerdotum, ac rerum Eccleſiaſticarum præſtantia, fol. 462. ad Virginem MARIAM, inquit: Regina cœli, *tota pulchra*, tota a[illegible] mabilis

mabilis. Lib. impreſſ. cum alijs Tractatibus Francofurti 1613. in fol.

CHRISTOPHORUS Silveſtranus Brenzonius, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro: Examen Theologicum in quatuor Sentent. ad Gregorium XIV. Pont. Max. in 3. lect. 15. fol. 28. ſuper diſtinct. 3. Magiſtri Sententiarum, in qua oſtendit, quomodò Virgo MARIA fuerit ſanctificata ante Verbi æterni Incarnationem, tractat latè quæſtionem, & adducit argumenta pro pia noſtra opinione, & ſic concludit: Ideo dicit Magiſter in littera, nam dicit totum, quia ab omni peccato; dicit totum, quia non ſolùm in anima, ſed in carne; dicit præveniens, quia cùm de ſui conditione peccare poterat, præventa fuit Divinâ gratiâ ne peccaret; nam fuit Deus cum MARIA uti amicus, qui videns aliquem neceſſariò caſurum in lacum, ſpinas, & lapides, vel ſumpturum venenum, & ſic offendi, & mori, ipſum prævenit, & impedit ne cadat venenumque bibat. Sic Deus prævidit MARIAM in originale ex concubitu caſuram, venenumque bibituram, *ideo eam prævenit gratiâ ſuâ, & immunem, illæſamque ſervavit.* Concludo ergo ſic cum Doctore noſtro Joanne Bachonio, cum Michaële, & cum Scotiſtarum caterva: *eam nullam habuiſſe originalem culpam, &c.* Inſuper dicamus, quòd inter acerrimos huius opinionis defenſores fuerunt Carmelitæ apud Gallos; ideo quando Sedes Pontificia Avinione tenebatur, Summus Pontifex cum Cardinalibus in die Conceptionis, Sermonem in laudem Virginis audiebat à Carmelitis, Miſſamque maximo apparatu, ut dicit Joannes Bachonius, celebrabant. Deinde reſpondit ad argumenta Adverſariorum. Lib. impreſſ. Veronę, anno 1551. & 1594. in folio, & hic eſt, qui ab aliquibus vocatur Chriſtophorus Silveſter.

CHRISTOPHORUS Suarez de Vargas, Poëta Hiſpanus, in libro de Deſcenſione Virg. Matris, Cantione 22. 45. 96. & 104. Vocat Virginem MARIAM *Immaculatam, immaculati candoris, columbam præſervatam, ac lilium nunquam contaminatum.* Lib. impreſſ. Toleti 1636. in 8.

CHRISTOPHORUS de Torres, Ordinis Prædicator. Hiſpan. in Serm. de S. Thoma Aquinate, declamato Cordubæ ſ. 2. ſic inquit: Eſcogio una pura criatura para hacerla Madre del Criador en la humana naturaleza, y darla dignidad infinita: y en virtud de eſta eleccion, edificò ſu primera gracia ſobre los montes altos de la naturaleza Angelica, viſtiola de veſtidura dorada con los rayos del Sol de juſticia, puſo debajo de ſus pies por eſcabelo ſuyo, la Luna de todos los merecimientos de la Igleſia, coronola de eſtrellas poniendo en ſu cabeza la execuccion de la predeſtinacion, y de los medios neceſſarios para conſeguirla, hiçola Reina de los Angeles y primera, y ſuprema perſona entre todas las criaturas. Eſcoge al grande Thomas de Aquino como entre todos los hijos de los hombres, para Maeſtro de la verdad Catholica, y Doctor conocido por digno Maeſt. de toda la Igleſia, fuerza es, que le dieſe entre todos los hijos de los hombres, gracia eſcogida en el alma, Fe eminente en el entendimento, firmiſſima eſperanza de ſugloria, charidad fuerte como la muerte, y dura emulacion como el abiſmo para deshacer à fuerca de oraciones y raçones la fuerça de ſu potencia, y ſoſegar con ſu palabra la nave de la Igleſia, quando padecieſe mayores borraſcas, haciendole tal, que fueſe un retrato de JESUS, que eſtaba ſolo en la tierra, eſto es, elegit eum, erat JESUS ſolus in terra, JESUS ſolo eſcogido como para Redemptor, MARIA ſola como eſcogida para Deifica Madre ſuya. S. Thomas ſolo como eſcogido para Maeſtro del Orden de Predicadores, Doctor de Doctores, ſol de las almas, luz de los entendimientos, ciudad de fortaleza contra los enemigos, fantaſma terrible para aſombro de los herejes, &c. Serm. impreſſ. Cordubæ 1615. in 4. Sed dices, quorſum hæc? quia in ſupradictis verbis, nec minima quidem ſyllaba reperitur, quæ *Immaculatam Virginis Conceptionem*, vel à longè reſpiciat. Sed jam auſculta: Scopus præcedentis diſcurſûs, & mens hujus Auctoris eſt, non æquiparare, abſit; ſed comparare per quandam geometricam, latiſſimamque analogiam Magiſterium S. Thomæ cum Maternitate ſacratiſſimæ MARIÆ, ſive Angelici Doctoris ſapientiam cum gratia Deiparæ Matris, quæ Propoſitio cum grano, imò cum monte ſalis intelligenda, & admittenda eſt: ſed cùm loquatur catholicè, & inter catholicos admittimus libentiſſimè, & recipimus parallelum, ſimilitudinem, ſeu analogicam proportionem ſuam. Deus enim unicuique tribuit illa, quæ ſunt neceſſaria ad munus ſuum exercendum; & ſicut dedit MARIÆ ad dignitatem Maternitatis exercendam congruentiſſimam gratiam, contulit & Thomæ congruentem ſcientiam ad ſacrum munus ſui Magiſterii. Tunc ſic argumentor ad hominem dilemmate, meo videri, indiſſolubili, & interrogo: an Deus ita contulerit Thomæ illam ſcientiam perfectam, completam, & omnibus numeris abſolutam, quòd in doctrina ſui Magiſterii nullo in puncto lapſus fuerit, vel erraverit, vel in aliquo puncto lapſus eſt, & erravit? Si in nullo puncto erravit, vel lapſus eſt Thomas, ergo in nullo puncto erravit, vel lapſa eſt MARIA: aliàs ejus paritas eſſet frivola & inanis conferens ſcientiam Divi Thomæ, cum gratia Virginis. Si Divus Thomas non erravit, nec eſt lapſus calamo, ergo neque Virgo MARIA lapſa eſt, vel erravit ab utero, niſi velis (quod abſit) plus tribuere Angelicæ doctrinæ, quàm MARIANÆ gratiæ. Si doctrina Divi Thomæ eſt abſque nævo, & abſque macula, igitur anima Beatæ MARIÆ fuit abſque macula, & nævo, ſi vis in tua perſiſtere ſimilitudine: & ſi non vis perſiſtere, tranſeamus ad aliud membrum dilemmatis. Vel S. Thomas in ſua ſcientia & doctrina lapſus eſt, & erravit, vel non: quòd ſi hoc affirmas, quod mihi duriſſimum erit audire, in nullo alio erravit, vel lapſus eſt, niſi in ſententia Conceptionis. Omnia quæ Sanctus Thomas ſcripſit de Chriſto ſunt vera, ſancta, & omni certitudine plena. Tu dicis, quòd in aliquo, vel in uno puncto erravit; hoc punctum nullum aliud eſt, vel eſſe poteſt, niſi punctum Conceptionis MARIÆ; igitur Auctor iſte quoquo ſe vertat, noſtram tenet, vel debet tenere ſententiam. Prætermitto, quòd idem Auct. in Serm. de S. Thereſia folio 26. ſ. 12. vocat Virginem MARIAM puriſſimam. Serm. impreſſ. Matriti 1627. in 4.

CHRISTOPHORUS Varſebicius, in Lib. de Cognitione ſui ipſius, de Beata MARIA Virgine ex communi, *ubi de eius Immaculata Conceptione*, habet Opuſculum ſpeciale. Cracoviæ 1600. in folio.

CHRISTOPHORUS de Vega, Tubalenſis, Societatis Jesu Hiſpanus, in primo tomo Theo-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

logiæ Marianæ, ſeu Certaminum litterarum de Beatiſſima Dei Genitrice MARIA, paleſt.tertia, *ubi exagitantur aliqua ad Immaculatum Beatæ Virginis Conceptum conducentia, pro defenſione immunitatis magnæ Matris à noxa originaria*, adducit ſequentia Certamina. Deipara Virgo ab infectione originariæ maculæ vindicatur, ex Cantic. 4. Certamen primum. Eadem veritas ex alijs ſacrorum Voluminum teſtimonijs ſtabilitur; Certamen ſecundum. Propugnatio,ac defenſio Dominicana,pro Immaculata Beatæ Virginis Conceptione; Certamen tertium. Aperitur mens Sancti Thomæ, circa præſentem controverſiam; Certamen quartum. Conciliorum auctoritate eadem immunitas magnæ Matris ab originali labe conſtabilitur; Certamen quintum. Diluuntur objecta inſurgentia adversùs doctrinam ſuperioris Certaminis; Certamen ſextum. Eccleſiæ mentem indagat; Certamen ſeptimum. Gradum certitudinis eventilat ſententiæ piæ, & ſtatum oppoſitæ diſquirit; Certamen octavum. Utrum ſententia maculans Beatam Virginem labe originaria, ab Eccleſia ut probabilis habeatur? ampliùs diſquiritur; Certamen nonum. An controverſia de Immaculato Beatæ Virginis Conceptu, ſit in ſtatu proximo, ut dirimi poſſit per diffinitivam Eccleſiæ ſententiam? Certamen decimum. An propter ſcandala exorta ex ſententia minùs pia, poſſit Pontifex ſententiam piam ultimò diffinire? Certamen undecimum. An Pontifex, vel Concilium cum illa ſola ratione naturali per motum, vel etiam ex diſcurſu Theologico, poſſit venire in diffinitionem piæ ſententiæ? Certamen duodecimum. Nihil obſtare Patres oppoſitū ſentientes ad diffinitionem piæ ſententiæ; Certamen decimum tertium. Itur obviam rationibus aliquibus, quæ retardare aliquo modo poterant diffinitionem piæ ſententiæ; Certamen decimum quartum. Utrum liceat impugnare opinionem minùs piam in publicis Concionibus, ac ſcriptis editis in lucem? Certamen decimum quintum. Ad examen vocantur habitæ de Immaculato Beatæ Virginis Conceptu Revelationes, & de miraculis eamdem veritatem conteſtantibus; Certamen decimum ſextum. Inſurgit adversùs eos, qui Icones cudi poſſe negabant Immaculatæ Conceptionis, ſub inſcriptione illa: Concepta ſine peccato originali; Certamen decimum ſeptimū. An ſententia pia,ſtatum beatificationis,ſeu canonizationis nacta fuerit? Certamen decimum octavum. An inter Martyres numerandus ſit ille, qui mortem ſubiret pro veritate Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis? Certamen decimum nonum. An vota, & juramenta de tuenda immunitate Virginis Deiparæ ſint valida, licita & laudabilia? Certamen vigeſimum. An,ſi Beata Virgo infecta fuiſſet peccato originali, Chriſtus ex illa procedens, illo etiam inficeretur? Certamen vigeſimum primum. An, ſi Beatæ Virgini daretur optio,mallet peccato originali carere,an cum illo eſſe Mater Dei? Certamen vigeſimum ſecundum. Utrum majori odio proſequeretur Beata Virgo peccatum originale, quàm veniale? Certamen vigeſimum tertium. Utrum in lumbis Abrahę,Beata Virgo decimata fuerit, & an dempta Beata Virgine, alius purus homo immunis fuerit à culpa originali? Certamen vigeſimum quartum.

Item, paleſtra 4. An titulus, vel vox Immaculata ſit deneganda, vel potiùs affigenda Conceptioni Virginis Deiparæ? habet ſequentia Ce- tamina. Propugnatur titulus Immaculata, no obſtante Decreto generalis Inquiſitionis Roma Certamen Primum. Duplex ſupplex libellus Ad verſariorum refertur pro tuendo aſſerto Decr Congregationis ſanctæ, & generalis Romanæ In quiſitionis; Certamen ſecūdum. Exhibentur ti hujus juſtæ poſſeſſionis vocis Immaculata; Certa men tertium. Aſſertores piæ opinionis præſum & realem facti, & juris poſſeſſionem habere p dicti tituli Immaculatæ Conceptionis; Certam quartum. Satisfit Adverſariorum objectis in p ori ſupplici libello propoſitis; Certamen quin Occurritur his, quæ aſſerunt Adverſarij in pos riori ſupplici libello; Certamen ſextum. Palæ quinta; Utrum V. Deipara debitum peccati orig nalis incurrerit? hæc habet Certamina. Præm tur via ad diſſertationem, ac profertur ſente imponens debita peccati Beatiſſimæ Virginis Ce tamen primum. Virgo Mater, neque in Ada peccavit, nec proprium culpæ debitum contra Certamen ſecundum. An Deipara Virgo incl fuerit in aliqua parte decreti cum Adamo in Certamen tertium. Componitur immunitas à de bito peccati originalis in Beata Virgine, cum re demptione per Chriſtum, & ordine decretoru Certamen quartum. Multiplex alius modus, qu hæc immunitas Mariana à peccato originali, ei que debito exponi ſolet, examinatur; Certam quintum. An immunitas à peccato originali, ei que debito ſit debita, & connaturalis ſubſtant Marianæ præcisè ſumptæ? Certamen ſextum. Alia viæ aperiuntur ad eamdem immunitatem vindicandam, & utrum ex vi formationis celerrima corporis Mariani, fuerit libera Beata Virgo à debito culpæ originalis? Certamen ſeptimum. Quæ omnia ſcitu, & notatu digniſſima reperies in libro impreſſo Lugduni anno 1654. in folio, à folio ſ1 uſque 201.

Item, in libro Hiſpanicè edito, cuius titulus eſt Deuocion à MARIA, paſſaporte, y ſaluocondut que dà paſſo franco para una buena muerte, &c. capite ſecundo, ſub hoc titulo: Que la mayor li ſonja para la Virgen MARIA, deſpues de la imita cion de ſu pureza, es la defenſa *de ſu Immacula Concepcion*; & ſic latè à folio 198. uſque 238. pulche adducit pro hoc myſterio. Lib. impreſſ. Valenti anno 1655. in 4.

CHRISTOPHORUS Verruchinus, Ordinis Minorum Italus, in ſuo libro Meditationum, Meditatione 11. verſic. Non voglioamo quivi, &c. *eſt de Immaculata Virginis Conceptione*, fol. 84. ſub hoc titulo: Diecci punti da contemplare la maravigliosa purità della ſancta Vergine nella ſua Concettione. Lib. impreſſ. Venetiis 1600. in 24.

CHRISTOPHORUS Wratiſau, Societatis JESU Belga, *de officio, & Roſario Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi Conceptionem ſæpiſſimè vocat *Immaculatam, & intemeratam*, à folio 10. uſque 23. in libro, cujus titulus: Maria agonizantium Mater. Impreſſ. Monachij 1641. in 16.

CHRISTOVALINA Fernandez de Alarcon, fœmina Hiſpana, in Cantione ad Virginem Dei Matrem MARIAM, inquit:

*Salio mas bella, que la bella Aurora*
*Vnida el alma pura al cuerpo puro, &c.*
*La carne, ven immaculada y pura.*

Extat impreſſ. Matriti, anno 1617. folio 10.

CHRY-

CHRYSOSTOMUS Cabero, Ordinis Ciſterclenſis Hiſpanus, in Aſſertionibus Theologicis habitis Compluti in Univerſitate: *Quòd B. Virgo MARIA debitum peccati originalis non contraxit*; quod latè explicat. Extant impreſſ. Compluti in charta expanſa abſque die, & anno: Propugnator fuit D. Licentiatus Joannes Montero del Monte.

CHRYSOSTOMUS Henriquez, Monachus Ciſtercienſis Hiſpanus, in Menologio Ciſtercienſi, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ Genitricis Domini noſtri IESV Chriſti*, Kalendam. Ubi ad ipſam adducit aliam adnotationem *pro Immaculata Conceptione Virginis*, fol. 408. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1630. in fol.

Item, *de fundatione Religionis Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, à Venerabili Beatrice de Silva, atque de habitu illius, necnon & fundationis tempore, in Faſciculo ſacri Ordinis Ciſtercienſis. Impreſſ. Coloniæ 1631 in 4. regali.

Item, in Opuſculo prænotato: Bernardus immaculatus, *agit de Immaculata Virginis Conceptione*. Impreſſ. Bruxellis, ut teſtatur Hippol. Marrac. in Catalogo ad annum 1624.

CHRYSOSTOMUS Talenti Italus, Monachus Vallis Umbroſæ, edidit Cantionem Italicè *de Conceptione Virginis MARIÆ*, quæ cum aliis prodiit in libro dicto: Il ſacro tempio, &c. folio 76. Impreſſ. Venetiis 1613. in 12. regali.

CHRYSOSTOMUS à Viſitatione, Ordinis Ciſtercienſis Hiſpanus: *Quomodò MARIA Virgo in primo ſuæ Conceptionis inſtanti fuerit à Chriſto ſanctificata*, & ipſa quare Deum ſuum ſalutare appellavit; Caput unum. Ibidem: *Dei Filius erga ſuam Matrem in ipſius Matris Conceptione quomodò ſe habuerit*. Ipſa Virgo Mater in matris ſuæ utero exiſtens multò perfectiùs in gaudio exultavit, quàm Joannes; Caput alterum. Ibidem: MARIA ſtatim in primo ſuæ ſanctificationis inſtanti multò perfectiorem habuit rationis uſum, quàm Joannes; ipſa jam tunc in Deo ſalutari exultavit, *& pro ſua liberatione à peccato originali* gratias egit; Caput alterum. Ibidem: *Lex originalis peccati fuit velut univerſale diluvium, à quo duo tantùm fuerunt liberati, Chriſtus, & ejus Mater ſanctiſſima*. Ipſe Chriſtus, multis licèt de cauſis MARIÆ ſit ſalutare; noſtrum etiam eſt, ſi noſtrum eum facere velimus; Caput alterum, in libro cujus titulus eſt: De verbis Dominæ. Impreſſ. Venetiis 1600. in 4.

CHRYSOSTOMUS Willemſens, Canonicus Eccleſiæ S. Michaëlis Antuerpiæ, Ordinis Præmonſtratenſis Belga, in Concluſionibus ex univerſa Theologia in ſolemniis S. Norberti habitis, concluſ. 10. fol. 3. ſic dicit: *Deipara Virgo à peccato originali immunis fuit*. Impreſſ. Antuerpiæ, anno 1649. in 4.

CHUNR, Epiſcopus Ratiſponenſis, fecit inſtantiam apud Adamum Dei-Patientia Præmonſtratenſem Abbatem, *pro celebratione feſti Conceptionis B. MARIÆ Virginis* in Monaſterio Oſterhoben, Ordinis Præmonſtratenſis, ut refertur in libro Metropolitanæ Eccleſiæ Salisburgenſis, tom. 3. folio 45. Impreſſ. Monachij, anno 1620. in folio.

CIVITATES Catholici Orbis omnes profitentur, venerantur, ac recipiunt myſterium præſervationis Virginis MARIÆ à peccato originali, ita ut nulla ſit in tota Chriſtianitate, quæ aliquam non habeat Eccleſiam Clericorum, Conventum Religioſorum, Monaſterium Monialium, Confraternitatem ſæcularium, vel adminùs Capellam, votum, vel Altare, *ſub titulo, ac patrocinio Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*; vel ſaltem diem octavum Decembris, in quo Virgo MARIA concepta fuit, ex præcepto, aut devotione, ut feſtivum non cuſtodiat, vel ut ſolemnem non celebret. Hæc colligo ex libris impreſſis, quos habeo, & legi, de Conceptione Virginis MARIÆ in toto hoc opere citandis, & præcipuè ex manuſcriptis Monumentis, quæ ſervantur in Archivo *Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, exiſtente Romæ in Eccleſia Sancti Laurentij, in Damaſo.

Item, omnes Civitates Hiſpaniarum per ſuos Procuratores in Comitijs Generalibus in Curia Matritenſi habitis coram Philippo IV. invicto Rege Catholico, & Sereniſſimis Caſtellæ Infantibus, die vigeſimo primo Novembris, anno 1621. ſequens emiſerunt juramentum, ac votum: Nos Civitatum horum Regnorum, viri Nobiles, qui cùm ipſarum Procuratores ſimus, totum repræſentamus Regnum, virtute facultatis à noſtris Civitatibus ad functionis præſentis effectum ſigillatim factæ, tam Regni totius, quàm noſtro, & noſtrorum ſucceſſorum nomine, promittimus Sanctiſſimæ Trinitati, nec non Sanctiſſimæ Virgini MARIÆ Deiparæ, & Dominæ noſtræ, ab hac in perpetuum die *profiteri, colere, & revereri myſterium puriſſimæ Conceptionis ejus, in qua ab omni originaria labe præſervata fuit*. Itidem promittimus, tam nos, quàm futuros pro tempore Regni Procuratores in forma Regni, & Regnum repræſentantes, quotannis ſolemne feſtum in ipſius honorem cum octava, juxta regulas Miſſalis, & Breviarij Romani in perpetuum celebraturos. Sic vovemus, promittimus, & juramus; ita Deus nos adjuvet, & hæc Sancta Evangelia, &c. Ita in noſtro Armament. col. 409. & Joann. Antonius Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 3. adnot. 9. fol. 435.

Item, prædictæ Hiſpaniarum Civitates per ſuos Procuratores in Comitijs Generalibus habitis in eadem Curia Matriten. anno 1644. exorarunt Regem Catholicum Philippum IV. ut à Chriſti Vicario *hujus myſterij, præſervationis videlicet Virginis MARIÆ à peccato originali*, diffinitionem impetrare curaret. Vide Velazquez ſupra cit. folio 436. & Armament. noſtrum in Regeſt. colum. 411.

Antuerpienſis, celebrat feſtivè *Immaculatam Conceptionem Virg. MARIÆ*, ex Fratre Lanavio, fol. 679.

Bernenſes in Helvetia, fuerunt olim devotiſſimi Virgini MARIÆ, & præcipuè *circa myſterium Immaculatæ Conceptionis eiuſdem*, ut videre eſt apud Laurentium Surium, in Hiſtoria ad ann. 1509. fol. 52. & in additionibus, ſive Appendice ad Nauclerum, folio 550. & in libro dicto: Acta Bernenſium. Impreſſ. ann. 1509. in 4.

Bonnenſis in Germania, habet Conventum dicatum *Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIÆ*, & eſt Fratrum Minorum.

Bruxellenſis in Belgio, fecit votum defendendi hoc myſterium, & celebrat octavam ſolemnem *Immaculatæ Conceptionis* quolibet anno apud Patres Prædicatores, in Capella SS. Roſarij, & apud FF. Minores.

Cabilonenſis Civitas in Ducatu Burgundiæ, habet in Eccleſia Carmelitarum Confraternitatem *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Ex relatione R. P. F. Ludovici Jacob. à S. Carolo Carmelitani.

Camera-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cameracenſis in Provincia Marchiæ, habet ex voto *protectricem Conceptionem Virginis MARIÆ*, propter quoddam admirabile, quod contigit cùm prædicta Civitas eſſet obſeſſa ab inimicis; ſupervenit enim nebula adeò magna (facto voto in ipſa Civitate Conceptioni B. Virginis) ut inimici ſe invicem videre non poſſent, & ſic liberata eſt. Ita P. Cletus Calcanus, in Relatione ejuſdem Civitatis.

Complutenſis in Hiſpania, celebrat octavam *Immaculatæ Conceptionis* in Conventu S. Didaci quotannis; ut videre eſt infra verb. Michaël de Soria.

Fanenſis in Provincia Marchiæ, in Eccleſia Patrum Conventualium, *habet Capellam ſanctiſſimæ Conceptionis, & Confraternitatem ejuſdem.* Item, ad annum 1651. fuit ædificata Eccleſia *ſub titulo Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide verb. Cletus Calcanus.

Hiſpalenſis, cum Archiepiſcopo D. D. Petro de Caſtro, & Quinnones, cum ſuis Canonicis, anno 1617. die 8. Decembris, *votum fecit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione*, quod apud nos manuſcript. authenticum habemus.

Hueſca in Archiepiſcopatu Toletano, fecit votum ſub titulo: *Defenſa del myſterio de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Señora nueſtra.* Impreſſ. Granatæ 1654. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Huete in Hiſpania, in Congregatione Nativitatis Virg. MARIÆ, ſita in Collegio Societatis JESU, fecit juramentum & votum publicum, *pro defenſione myſterij Immaculatæ Conceptionis.* Lib. impreſſ. ann. 1653. in folio.

Januenſis in Italia, fecit votum tenoris ſequentis: Sereniſſimus D. Dux, Excellentiſſimi Gubernatores & Illuſtriſſimi Procuratores Sereniſſimæ Reipublicæ Januenſis, videntes grave bellum Reipublicæ imminere à potenti Principum exercitu jam in fines ſtatûs ipſius Reipublicæ ingreſſo, & nihil magis flagella iræ Dei avertere, quàm ipſius, & ſanctiſſimæ Virginis ejus Matris pium cultum, & divam interceſſionem; propterea ad calculos decreverunt, & decernunt in perpetuum *ſacrum ſolemne de Conceptione Immaculata ſanctiſſimæ Virginis celebrari facere*, quolibet Sabbato, in Eccleſia S. MARIÆ Pacis, extra portam S. Stephani, & pro eleëmoſyna tot cibaria, vel quæ pondus RRRR. dictæ Eccleſiæ ſingulis annis, valoris librarum centum quinquaginta præberi; præterea pallium Capellæ B. Salvatoris in eodem Templo fieri facere, eum apud ſanctiſſimam Virginem interceſſorem invocantes. Hanc autem executionem Illuſtriſſimis duobus Procuratoribus, pro tempore ad negotia matutina deputatis, dederunt, & dant, & ſtat, &c. 1625. 20. Martij. Joannes Baptiſta Paneſius à ſecretis Sereniſſimæ Reipublicæ Januenſis.

Machao in Regno Chynarum, *habet Monaſterium Monialium Immaculatæ Conceptionis Virginis, ſeu Dominæ noſtræ de Conceptione.* Ita Frater Antonius à Trinitate, in Relatione Provinciæ Reformatæ Matris Dei Goënſis, fol. 1.

Meſſanenſis in Sicilia, fecit pro Immaculata Virginis Conceptione ſequens Decretum: S. P. Q. M. Tibi, Virgines inter fœcundę, integerrimę Dei Parenti, cujus adhuc in utero Matris conceptæ virtutes eximiæ innumeris Cœlitum omnium meritis umbram fecêre. Quæ tenellis, nunquam tamen vacillantibus plantis, tortuoſi colubri diſiectis inſidiis, ac multiplici cervice contrita, *labis originalis inſcia*, de averni extremis conatibus, de acciſa humani generis conditione, omniſque culpæ inſolentia triumphum retuliſti. Tibi miraculorum officinæ, per præpotentis Dei munificentiam mortalium neceſſitatibus patefactæ, nullus unde confugiens opem non hauſit; ſed hæc tua, præ cæteris, Meſſana ſummam indies agnoſcit, quòd fidem illi tuam datis litteris obſtrinxeris, in tuamque clientelam acceperis, teque præſentiſſimam nunquam non oſtenderis. Tibi, quæ ſola per orbem univerſum debacchantium audaciam hęreſium terere ſoles, minantibus toties excidium armis hoſtium aciem retundenti; ob hoc freto hiſce minibus, claſſibus, caſtris cœlitus fugatis, fractis. Tibi, quæ una vitam orbi peperiſti, paſſim graſſantem luem, totamque pœnè Siciliam devaſtantem, à tuis hiſce populis Mamertinis, eorumque finibus avertenti, ac affatim extinguenti. Tibi, quæ Angelorum panem eminùs mortalibus attuliſti, annonæ caritatem hanc ſæpiùs Urbem affligentem, in largitatem toties inſpiratò commutanti, non irati modò freti fluctibus ſedatis, ſed contrariarum quoque navium itinere ab extremis, remotiſque oris in hunc portum præter navigantium opinionem directo, fœcundatis ipſius maris vorticibus, triticumque mirum evomentibus. Tibi, ad noſtras preces ſemper promptæ, neceſſitatibus opportunæ, periculis obviæ, in maternis adhuc latebris deliteſcenti, ſed gratiarum exundatione divinarum cœlo, mundo, inferis admirandæ. S. P. Q. M. jam olim tuus, tuorum memor beneficiorum, quibus identidem cumulatur, iterum, atque iterum ſe, ſua, & hanc Urbem tuo patrocinio nunquam ſatis contentus dat, dicat, vovet, erectiſque in D. Franciſci ab Aſſiſio *tibi conceptæ* aris, ſuſpenſiſque donariis, Patronam tutelarem, Reginam, Dominamque ſuam humillimis obſequiis celebrat, invocat, veneratur, adorat. SENATORES D. Thomas Marquete, D. Joſeph Romeo, D. Placidus Mariello, Thomas Yſſuaglia, D. Octavius Seccuſſus, Regius Secretus Petrus Pelegrinus. Acta ſunt hæc Meſſanæ in Palatio, de mandato Illuſtriſſ. Senatûs, Nonis Decembris primæ Indictionis 1647. Iacintus Saccarelli pro Secr. Coll. Sal. ex libro diverſorum anni præſentis 1647. & 1648. Laurentius David Actuarius. Extat apud Thomam Geraze in lib. dicto: Adamas Mar. Impreſſ. Panormi 1650. in 4.

Mons Albodius, terra in Provincia Marchiæ, in Conventu PP. Conventualium, habet *Altare cum Confraternitate Immaculatæ Conceptionis.* Vide verb. Cletus Calcanus.

Mons Sanctus Popus Provinciæ Marchiæ, habet Capellam apud Fratres Minores: *eſt Capella Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ*, cum pulcherrima inſcriptione eius Immaculatum Conceptum indicante. Vide verb. Cletus Calcanus.

Montilla Civitas in Regno Cordubenſi, Patronam elegit Virginem MARIAM *ſub titulo Immaculatæ Conceptionis*, ut conſtat ex inſtrumento authentico, expedito anno 1651. exiſtente in Archivo Curiæ Romanæ in Ara Cœli.

Neapolitana in Regno Italiæ, cum Prorege, Conſilijs, ac omni Militia, ſolemne iuramentum præſtitit *de tuenda Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Antonius Balinghen, in Kalendario Mariano, die 8. Decembris, Marrac. in Principibus Marian.

Pan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pampilonenſis in Regno Navarræ, celebrat octavam ſolemnem *Immaculatæ Conceptionis* apud FF. Minores quolibet anno.

Piſaurienſis in Provincia Marchiæ, in Cœnobio PP. Conventualium habet Capellam *cum Confraternitate puriſſimæ Conceptionis Virginis.* Vide verb. Cletus Calcanus.

Rothomagenſis in Gallia, ab ann. 1387. inſtituit annuum præmium verſuum, ſeu poëmatum, *in honorem Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, quod uſque modò obſervatur. Vide cauſam apud Henricum Spond. tom. 2. num. 7.

Sancti Angeli Civitas in Provincia Marchiæ, habet Capellam *cum Confraternitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Cletus Calcanus in Relatione.

Samana Terra in Provincia Marchiæ, in Cœnobio PP. Conventualium habet Capellam *cum Confraternitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Ita Cletus Calcanus in Relatione.

Scylla Civitas Inſulæ Siciliæ: ubi fuit erecta Eccleſia, & in frontiſpitio interiori ſupra ipſum Chorum, eſt ſequens inſcriptio: *Templum Archipresbyterale Immaculatiſſimæ Conceptionis MARIÆ Virginis*, ab immemoriali dicatum. Ita Thomas de Geraze, tom. 1. fol. 14.

Senenſis in Italia, votum emiſit *de colendo Immaculatæ Conceptionis feſto in omni ſua ditione*, quod approbavit Summus Pontifex ſpeciali diplomate Civium laudando vota. Ambroſius Catherinus, in Præfatione ad Capitulum Generale Ordinis Prædicatorum; & de controverſia inter Senenſes, &c. Vega paleſt. 3. certam. 20. fol. 136.

Viqueria in Provincia Januenſi, in Conventu S. MARIÆ Gratiarum Ordinis S. P. N. Franciſci habet Sacellum *ſub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod cœpit anno ſalutis 1578. an. verò 1601. 4. Kalendas Julij, longè meliùs ædificatâ Eccleſiâ ampliori, à Fratribus dilatatum eſt; anno verò *1607.* à ſacra Conceptionis Societate elegantiſſimo ornamento decoratum, omnibus numeris extitit abſolutum. Ita Bonaventura Tettis de Genua, in Relatione Provinciæ Januenſis, fol. 57.

Vittoria in Vizcaya, habet Sacellum *Immaculatæ Conceptionis* apud Fratres Minores, & celebrat octavam quotannis ſolemnem.

CLARA Matraini, fœmina Lucenſis in Italia, in libro de vita & laudibus Virginis MARIÆ, in peroratione ad Virginem MARIAM, folio 7. inquit: *Queſta ſola fù ſempre, ſin dentro al ventre della ſua Genitrice ſenza macula alcuna di peccato, &c.* Vide alia ibi folio 13. Impreſſ. Lucæ, anno 1590. in 4. & Mazeratæ *1646.*

CLAUDIA à S. Michaële, Monialis ſacræ noſtræ Religionis, ſcripſit Gloſſam *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre eſt in lib. impreſſ. Granatæ 1651. folio 302.

CLAUDIUS Bercier, Societatis JESU Gallus, in libro dicto: La guirlande à douze étoilles, autrement le petit Chapelet à douze Ave, &c. cap. 13. fol. 174. de ſtellis quatuor principalibus: Quòd gratias agere Deo debemus, *eòquòd exemptam MARIAM fecerit à macula communi peccati originalis in ſua Immaculata Conceptione.* Lib. impreſſ. Charlevillæ 1619. in 8.

CLAUDIUS Boudanus, Ordinis Cœleſtinorum Gallus, Monaſterij Regij Pariſienſis Prior & Vicarius Generalis, edidit Carmen hexametrum *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ*, ſuper themate: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, Sap. 8. Opus verò incipit:

*Principio cœlum & terram pontumq́; creavit,*
*Verùm opifex, ſolo qui temperat omnia nutu, &c.*

Mortuus eſt Pariſijs, anno Domini 1573. cujus Opus eſt apud Patres Cœleſtinos Pariſien. manuſc.

CLAUDIUS Dauſquius Audomarenſis, Canonicus Tornacenſis Flander, in libro intitulato: S. Pauli Apoſtoli ſanctitudo in utero, extra, in ſolo, cœlo, &c. lib. 1. cap. 1. Culpæ initialis virus vireſque, &c. fol. 5. inquit: Ac ne in re luculentiſſima, hominique Catholico cognitiſſima pluribus immoremur, peccati originarij ulcus homines omnes ex Adamo progeneratos inquinavit, &c. *Excipienda quoque perplurimis Doctoribus videtur B. MARIA Dei Genitrix, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere vult quæſtionem D. Auguſt. &c.* Vide ibi. Lib. impreſſ. Pariſijs anno *1627.* in 8.

Item, in alio opere ejuſdem aſſumpti, ſub titulo: S. Joſephi ſanctificatio extra uterum, &c. cap. 19. fol. 90. *de Immaculata Deiparæ Conceptione* affert aliquid. Lib. impreſſ. Lugduni 1631. in 8.

Item, in lib. dicto: Divæ MARIÆ Aſperi Collis ſcutum contra Thuracium Agricolam Hæreticum, fol. 79. agit *de Immaculata Deiparæ Conceptione, ac ejus mirifica præſervatione à peccato originali, &c.* & fo. 249. Quomodò ipſa fuit Mulier, quæ caput ſerpentis contrivit, contra eundem Hęreticum. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1617. in 8.

CLAUDIUS Fraſſen Peronenſis, Ordinis Minorum Baccalaureus Theologus, Sorbonæ habuit Theſes pro prima Sorbonica, quæ eſt Minorum die 2. Julij, anno 1660. à ſexta ad ſextam, ubi ſic inquit: Inde peſtifera & ſanguineis lugenda lachrymis originalis peccati labes, quæ in omnes homines ita pervaſit, ut ab illo immunis unquam nemo conceptus fuerit, niſi Chriſtus per naturam, *MARIA per gratiam, &c.* Et infra: Et Immaculata Virgo abundanti gratiarum cumulo, *quas ab inſtanti Conceptionis* ad ultimam vitæ periodum, &c. ſemper auxit. Sunt impreſſæ in charta expanſa.

CLAUDIUS Guillaudus Bellijocenſis, Theologus Pariſienſis, in Homilijs Quadrageſimalibus, Homil. de Annuntiatione, fol. 319. ad illud: Ave gratiâ plena, inquit: Verbum Ave, vox eſt bene precantis, quod nos dicimus: Salve: Bene ſit tibi; Fortunet te Deus, & omne inſtitutum tuum. En ſalutans rem cum nomine primæ prævaricationis mutavit: maledictionem illa attulit mulieribus, *quòd in peccato originali fœtus earum concipiantur; tu ſine peccato*: quòd illæ cum dolore parerent; tu ſine dolore, & apertione paries, &c. Licèt verba hæc pro activa Conceptione Virginis videantur ſonare, meliùs de paſſiva explicantur; nam propter Virginem factum eſt, ut ipſius Mater Anna ſine peccato conciperet. Et ſic hic videtur pro nobis expreſsè. Item, infra: Et propter hoc benedicta tu in mulieribus; meritò benedicta, *nam cùm antea per Prophetas fuerit annuntiata, in utero Matris ſanctificata, à Filio Dei electa, & à Spiritu S. in Templum Dei conſecrata, &c.* Si ergo Virgo fuit electa à primo inſtanti ſuæ animationis; quis dicere audebit, quòd fuit electa à Filio Dei in ſecundo inſtanti ſuæ Conceptionis? Quòd ſi in primo inſtanti electa à Filio, in eodem inſtanti conſecrata à Spiritu Sancto; quòd ſi electa, & conſecrata in illo primo inſtanti; igitur & in illo ſanctificata in utero B. Annæ.

hoc etiam confirmatur, quia Guilliaudus vocat infra Virginem MARIAM puram, & puriſſimam.

Item, in lib. Collatio in omnes divi Pauli Epiſtolas, Epiſtol. ad Romanos, cap. 5. fol. 37. inquit per ſimilitudinem: Quia ſicut Adam eſt caput, & vir Evæ; ita Chriſtus caput, & ſponſus Eccleſiæ; ſicut in Adam omnes generati, ſic & in Chriſto omnes regenerati: *ſicut Adam de terra virgine, & non maledicta; ſic Chriſtus de MARIA Virgine benedicta, &c.* Lib. impreſſ. Lugduni 1544. in 4.

CLAUDIUS Perry, Societatis JESU, in libro: Hiſtoire civile, pag. 286. agit de duobus Tractatibus *de Immaculata Conceptione*, compoſitis à Joanne Germain Epiſcopo Cabilonenſi. Lib. impreſſ. Cabilonæ ann. 1659. in folio.

CLAUDIUS Ralle, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Gallus, in Opuſculo Roberti Gaguini ad finem, ait: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta abſque originali peccato.* Lib. impreſſ. Pariſijs 1617. in 4. & Valentiæ in opere Martij Alos 1657. in fol.

CLAUDIUS Rapinas, Ordinis Patrum Cœleſtinorum Gallus, in Sermone de Præſentatione Beatæ Virginis, qui incipit: Hodie Virginis egregiæ, Matris inclytæ, Templi denique Verbi Dei, & Thalami, &c. fol. 3. ſic inquit: Cæterùm, dum cardines mundi Virgo Beata per *primariam Conceptionem* ingrederetur, curæ fuit Angelicis Spiritibus ſalutis humanæ miniſtris, hanc divinis obtutibus, gratiis, & virtutum decore ſplendido perornandam, &c. Cùm ergo pro conſuetudine naturæ MARIA fuiſſet concepta, & mox futurum eſſet, ut ſecundùm communem cæterorum damnationem originali culpâ vitianda, turpandaque ſubeſſet: Angelica ſollicitudo indignum tulit, *impuram vel ad modicum exiſtere, quæ Auctorem puritatis, & omnium purificatorem, &c.* latè de eius privilegio, & præſervatione ab originali peccato. Extat Sermo in regali Conventu Patrum Cœleſtinorum Pariens. in 4. & ibidem in alio originali, in folio magno.

Item, ibidem eſt Sermo ejuſdem, *de Conceptione intemeratæ Virginis MARIÆ*, qui incipit: Præclara ſanctæ diei hujus ſolemnia, Fratres chariſſimi, devotione præclara ſuſcipiamus, &c. Et eſt quaſi Tractatus integer pro noſtra acerrimus ſententia manuſcrip. apud eoſdem Patres Cœleſtinos inter alios Sermones in folio, & characteribus antiquis in 4. ſudatq; ſub prælo cum aliis ejuſdem Ordinis.

CLAUDIUS à Rota, Ordinis Prædicatorum Lugdunenſis, in legenda Sanctorum, ſive ad hiſtoriam Lombardicam Jacobi de Voragine Januenſis, addidit *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* legendam, quæ eſt in ordine 185. ut videre eſt ad finem libri impreſſ. Lugduni characteribus antiquis, anno 1540. in 4. quæ etiam ſub ejuſdem nomine fuit impreſſa Lugduni 1554. in 4.

CLAUDIUS de Sainctes, Theologus Pariſienſis & Epiſcopus Ebroicenſis, in lib. Liturgiæ, ſive Miſſæ SS. PP. Jacobi Apoſtoli & Fratris Domini, Baſilij Magni, & Joannis Chryſoſtomi, &c. ſepe vocat *Virginem MARIAM Immaculatam, atque intemeratam, &c.* Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1560. &. Pariſijs 1562. in fol.

CLAUDIUS Seiſſellus Sabaudienſis, Archiepiſcopus Taurinenſis, in lib. de triplici ſtatu Viatoris, ex tribus S. Lucæ capitulis, tract. 2. prope finem, fol. 79. inquit: In MARIA igitur ex his ſupervenientibus indicijs, cæteriſque eius pijs, ſanctiſque operationibus, non tam fides, aut charitas quoad effectum, quàm meritum utriuſque virtutis, quemadmodum & cęterarum eſt auctum; *quandoquidem Deus ſpeciali privilegio in inſtanti Conceptionis omnium virtutum excellentiam ejus animæ infuderit, &c.* Item, tract. 5. fol. 125. inquit: MARIA Chriſti Mater, etſi ab æterno & ante omnia ſæcula præ mortalibus cunctis à *ſummo Deo selecta ſit, ab omni culpæ reatu ſervata immunis*; quippe cui in inſtanti Conceptionis, & in ipſa animæ infuſione, divinæ gratiæ, quam creatura capere poterat, collata ſit plenitudo; ita ut nihil eâ in cœlo, aut in terra, præter Chriſtum ipſum fuerit, eſſeve in futurum poſſit purius, ſanctius, perfectius, excellentius, divinius, &c. mixta igitur cum gratiæ plenitudine in illa Beatiſſima Virgine fuit humana fragilitas, quæ & ignorantiam, & timorem, & affectum (quibus abſque ulla culpa infirmior mens humana redditur) neceſſitate quadam naturæ contraxit, &c. Aliq etiam in eodem lib. habet, *quòd cùm agitur de culpa, vel defectu gratiæ, nullus generalis ſermo comprehendit MARIAM*; & alia quamplurima, quæ eius immunitatem indigitant. Lege indicem. Lib. impreſ. Taurini 1518. in fol.

CLAUDIUS Sequartus Gallus, Canonicus Rothomagenſis, in libro: Theonomagium, ſive ſanctificatio divini nominis, &c. lib. 4. cap. 8. fol. 151. ait: Quid, quòd ex virgine terra, & nondum maledicta primus noſter Parens efformatus? *quod & in ſecundo Adam ita, ut ex MARIA factum eſt, debuiſſe fieri, pulchrè annotavit Origenes*, & ex huius etiam, dum virginis coſtâ omnium mater Eva effecta eſt, atque in ea, qua nati ſunt virginitate, donec peccarent, permanſerunt, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1507. in 8. Si ſecundus Adam Chriſtus efformatus fuit ex Mariana terra nondum maledicta, procul dubiò ſi peccato originali ſubiacuiſſet, iam maledicta extitiſſet, & falſum eſſet dicere, quòd formatus fuerit Chriſtus ex terra, vel Virgine nondum maledicta, & potiùs dicendum erat: formatus eſt ſecundus Adam ex terra, quæ iam priùs fuerat maledicta.

CLAUDIUS Spenceus, Doctor Theologus Pariſienſis, in libro de Continentia, ſparſim per totum librum *vocat Virginem MARIAM puram, Immaculatam, ac omni gratia præditam, intemeratam, integram, inviolatam*, &c. ut videre eſt folio 271. Impreſſ. Pariſijs 1605. in 4. & 1565.

Item, in Epitome Magiſtri Senten. inquit: *Mater Chriſti fuit præventa ab omni peccato*; caput unum. Lib. impreſſ. Pariſijs 1551. in 12.

CLAUDIUS de Villavicencia, Ordinis S. Hieronymi Hiſpanus, *ſcripſit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem, impreſſ. Salmanticæ 1615. in 4. Antonius de Leon, in ſua Bibliotheca claſſ. 9. adducit alterum Auctorem Ordinis Sancti Hieronymi, appellatum Claudium de Villavitioſa, qui ſcripſit pro Immaculata Conceptione; ſed exiſtimo fuiſſe lapſum Scriptoris.

CLEMENS Araneus, Raguſeus, Ordinis Prædicatorum, in ſacris Sermonibus à prima Dominica Adventûs, &c. Serm. 15. de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, folio 461. inquit: Animus erat *de Conceptione Beatæ Virginis* facere Sermonem, ſed animadvertens tales Sermones in Chriſtianitate potiùs eſſe quæſtionum, quæ cauſant indevotionem, & concitationes circumquaque: & Paulus præcipit prædicantibus abſtinere à genealogiis, & quæſtionibus inutilibus, & per Iſaiam dicit

cit Deus: Ego Dominus docens te utilia calamum retraxi: nihilominus cauſâ doctrinæ Prædicatores utriuſque partis videant Cardinalis Cajetani, in Quodlibeto ſuo de Conceptione, perpulchram declarationem, quam ex obedientia Leonis X. pro Concilio Lateranenſi fecit, in qua à ſua Sanctitate poſtulabatur, quatenus ſcriberet, quid circa hoc tenendũ ſit: & (ut opinor) Sanctiſſimus Pontifex cum cæteris Patribus in Concilio congregatis, deſtitit ſuper hoc quidquam determinare audiens hujus eruditiſſimi viri declarationem ad utramque partem, & quòd verior ſit Sanctorum Eccleſiæ Doctorum in hoc aſſertio, & conformior Eccleſiaſticæ veritati eorum declaratio omni ex parte, cùm ſecundùm S. Petrum, Spiritu Sancto ſpirati locuti ſunt Sancti Patres. Vide ſuper hoc in Decretalibus, quæſt. 20. de quibus, & ad quos ſit recurrendum, cùm ſacræ Scripturæ auctoritas non occurrit. Adhuc vide diſt. 38. Capitulum relatum, ubi reprehenduntur, qui proprio ſenſu innituntur, relinquentes Sanctorum Doctorum declarationes, quibus remotis deſtruitur domus Job tanquam urente vento, ad interitum donorum Spiritus Sancti, & virtutum Theologalium repræſentatarum in ſeptem filiabus, & tribus filiis Job. Vide etiam Sermonem hujus diei in B. Antonino Florentino, ubi ſecundùm computationem Conceptionis, & Nativitatis Chriſti temporum, concludit Eccleſiam de Conceptione ſolemnitatem facere, in ordine ad ſanctificationem ejus, &c. & hæc ſufficiant. Item, Serm. 6. fol. 419. inquit: Prima prærogativa thalami virginalis eſt, quia fuit in matris utero ſanctificata, & in gratia Dei firmata, quæ ſanctificatio etiam in ejus uterum redundavit. Secunda prærogativa eſt Virginis ratione fidei animæ ejus, quæ per fidem fuit illuminata. Beata quæ credidiſti. Tertia prærogativa Virginis, fuit ſufficienter mundata ab omni macula. Tota pulchra es, & macula non eſt in te. Item, Serm. 16. fol. 463. inquit: Ipſa enim ſanctificata fuerat in utero, ut de cætero nullum actuale peccatum contrahere potuerit, ſicut dicit Sanctus Auguſtinus, quod nulli inter natos mulierum creditur fuiſſe conceſſum. Inſuper, & ſi Angeli fuerint creati in gratia, at non confirmati in ea, niſi poſt primam voluntariam in Deum converſionem, & hoc oſtendit caſus eorum. Beatæ autem Virgini, data eſt ſimul & gratia, & confirmatio in ea ſtatim poſt infuſionem animæ. Gratia inſuper plena per gratiam datam, &c.

Item, Serm. 1. de Dominica Adventûs, inquit: Angelus enim ſalutans eam, gratiâ plenam aſſerit eſſe, & quòd ſecum ſit Dominus novo modo, quàm cum cæteris creaturis; ideo dixit ſibi abſolutè: Dominus tecum, quia cum cæteris intellectualibus creaturis eſt Dominus privatis modis, ſed ſecum modo univerſali, comprehendens in hoc omnem modum poſſibilem creaturæ in participando Deum, &c. Tertiò ratione charitatis: quis enim unquam in humana natura poſt hominis lapſum, plus Deum dilexit, quàm Beata Virgo, quæ fuit ſanctificata in utero Matris, ut nunquam ſecundùm Doctores etiam venialiter peccaverit? Unde Auguſtinus: Excepta Sancta Virgine, &c. & Bernardus: Quòd copioſior ſanctificationis benedictio, quàm in aliis Sanctis, &c. Ex his gratiis conſervationis ab omni peccato, certiſſimè argumentatur de ejus intenſa charitate, &c. Lib. impreſſ. Brixiæ 1586. in 4.

Item, Serm, 11. de Privilegiis Virginis MARIÆ, inquit: Fuit Angelica ſalutatio per Ave, fuit præcipua ſanctificatio, quæ eam deinceps conſervaret ab omni peccato.

CLEMENS Barrera, Ordinis Minorum Italus, in novo Mariali, ſcripto Hiſpanicè à R. P. F. Joanne de Mata, Ordinis Prædicatorum, & à ſe Italicè conuerſo, Serm. *in ſolemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ Matris Dei, ac Dominæ noſtræ*, à fol. 26. uſque 44. Lib. impreſſ. Venetijs 1638. in 4.

CLEMENS Monelianus, ſiue Dolera, vel Olera, Ordinis Minorum Januenſis, S. R. E. Cardinalis, in libro: Compendium Catholicarum Inſtitutionum, in tract. de Symbol. Apoſtolorum, pronuntiavit Beatiſſimam Virginem dici ſpecialiter carnem Chriſti, propter ſpeciale privilegium *præſervationis ab originali peccato*, &c. Vide Purpur. Marian. fol. 102. Lib. impreſſ. Romæ 1565. & Fulginei 1562. in 4.

CLEMENS Papa Octav. approbavit, ac per totum Orbem diffundi juſſit in Catechiſmo Cardin. Bellarmini clauſulam illam: *Domina noſtra gratiâ plena eſt, nam quantùm ad primum effectum attinet, nullius peccati maculâ, nec originalis, aut actualis, nec mortalis, aut venialis infecta fuit.* Vide lib. impreſſ. Romæ 1627. in 12. Velazquez, lib. 4. Alia vide in Nodo Indiſſolubili.

Item, conceſſit plures Indulgentias cum diplomatibus *pro feſto Conceptionis*; Bullas, atque Brevia, pro Eccleſijs, Conventibus, ac Altaribus, &c. ſub titulo Conceptionis, ut videre eſt in noſtro Indiculo Bullarij Seraphici, fol. 266. & in lib. de Virgine Hallenſi, folio 85.

CLEMENS Quint. Summus Eccleſiæ Pontifex, qui regnavit anno 1305. ex Concil. Viennenſi ordinavit, quòd univerſaliter celebraretur *feſtivitas Conceptionis V. MARIÆ*. Ita Fœlix Antonius Brougnonius, in libro de Vita Chriſti, & MARIÆ, fol. 19. Sed neſcio, an rectè computet tempora Urbani IV. & Clem. V.

CLEMENS Sanchez de Verbejal, Baccalarius, & Archidiaconus in Eccleſia de Balderas Legion. in libro, cujus titulus eſt: Eſte libro es llamado Sacramental, &c. Paraque todo fiel Chriſtiano ſea enſeñado en la fe y en lo que cumple à ſu ſalvacion, fol. 24. in Salutationem Angelicam, ad illud: Dominus tecum: Edice otro ſi, que por quatro coſas que del cielo le fueron otrogadas le fue dicho el Señor es cotigo; la primera, *porque fue ſanctificada*. La ſegunda porque fue ſaludada del Angel. La tercera porque vino ſobre ella el Eſpiritu S. La quarta porque el fixo de Dios recivio carne en ella. Impreſ. in fol. abſque anno & loco impreſ.

CLEMENS Sept. Julius Medices antea vocatus, Italus, *edidit pro Ordine Monialium Conceptionis* litteras Pontific. Ita Marrac. latè, in Pontif. Marian. Item, confirmavit officium editum à D. D. Franciſco Quiñones Cardinali, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut videre eſt in ipſo Breviario, & Marrac. in Pont. Marian. fol. 183.

CLEMENS Sept. Antipapa, creatus ann. 1387. *damnavit Propoſitiones Ioannis de Monteſono, Ordinis Prædicatorum, aſſerentis Virginem MARIAM conceptam fuiſſe in originali peccato, Incarnationemque Verbi non potuiſſe fieri, ſi Virgo maculam originalem non contraxiſſet*, &c. De quo videndus eſt latè Henricus Spondan. ad annum 1387. nu. 7. tom. 2. Articuli iſti damnati reperiuntur in impreſſionibus Magiſtri Sent. ad finem,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem & impreſſione antiqua Joannis Duns Scoti.

CLEMENS Sext. Summ. Eccleſiæ Pontifex, ſcripſit Tract. de Annuntiatione Virginis MARIÆ, ſuper illa verb. Tota pulchra es; & ſuper illa: Hęc eſt domus Domini; in quo *Deiparam MARIAM ab omni labe præſervatam eſſe ſuſtinuit.* Ita Daniel Meyer, ſive Agricola, in Corona pro Conceptione Virginis MARIÆ, fol. 175.

Item, in Sermone de Conceptione B. Virginis, qui incipit: Erunt ſigna in Sole & Luna, &c. per plures rationes defendit *feſtivitatem Conceptionis eſſe celebrandam*; cujus auctoritatem integram, damus in ſecunda impreſſione Solis Veritatis. Extat hic liber manuſcriptus in Biblioth. D. Fucquet, Pariſijs prope Vincenas in charta pellicea in fol.

CLERICUS Julius de Ettorre, Ciuis Galatiæ in Regno Neapolitano, curavit ad annum 1614. ut Monaſterium Monialium Tertij Ordinis eſſet ſub clauſura, *ac titulo Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis MARIÆ*, quod obtentum eſt anno 1643. ex mandato & Bulla S. D. Urbani VIII. Pont. Max. Ita in ſua Relatione manuſc. Frater Michaël à S. Eutino.

CLETUS Calcani ab Æſio, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, inquit: In Civitate Fanenſi, in Eccleſia PP. Conventualium *eſt quædam Capella ſanctiſſimæ Conceptionis*, cui eſt aggregata Confraternitas, ſed ignoratur, à quo fuerit inſtituta, cùm antiquiſſima res ſit. In eadem Civitate ad annum 1515. fuit fundata quædam Eccleſia, *cum titulo Conceptionis à Confraternitate talis tituli*, quę primò ſuas functiones in Eccleſia S. Floriani apud Conventuales faciebat.

Item, in terra Montis Albodi, in Eccleſia eorumdem PP. *eſt Altare Immaculatæ Conceptionis*, cum Confraternitate. In Civitate de Piſauro, eſt apud PP. Conventuales *Capella, & Confraternitas puriſſimæ Conceptionis.* In Civitate Sancti Angeli in Vado, *eſt Capella, & Confraternitas Conceptionis* apud eoſdem PP. Conventuales. In Terra Sarnani, à PP. Conventualibus *fuit erecta Capella & Confrat. Conceptionis.* In Eccleſia noſtra Montis S. Poli fabricatur quædam Capella Conceptionis, cum infraſcripta inſcriptione: *Roſa. Inter ſpinas non ſpinans.* Nix. *Ab ortu alba. Porta. Principi ſolùm aperta. Columba. Inter Corvos unica candet. Iris. Vndequaque pulchra. Anguis. Cæſura læſa. Sol. Solem in ſpeculo gignens, in neutro macula. Laurus. Inter alias arbores ſola fulminis expers. Vnicornis. A me venena procul. Manus. Excipiens pomum cadens, non colliditur. Sinapis. Hinc longè virus. Mala punica. Vectigalis neſcia. Mons Olympus. Fulmina percutiunt Montes, ego liber ab illis. Scirpus. Nullibi nodus.* Quæ omnia apud me manuſc. habeo in charta expanſa ab ipſomet Patre miſſa.

Item, *quomodò Virginis MARIÆ Immaculata Conceptio eſt protectrix, ex voto* à Civitate Camerinenſi facto tempore belli eiuſdem Civitatis, &c.

Item, agit de Eccleſiis, quæ ſunt in prædicta Provincia *ſub titulo Conceptionis*, ſcilicet in Conventu Reccineti, & in Conventu S. Iuſti.

Item, de Capellis exiſtentibus in eadem Provincia *ſub titulo puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, videlicet: In Conventu Sancti Franciſci ad altum Anconæ. In Conventu Sancti Sebaſtiani Amandullæ. In Conventu Sanctiſſimæ Annuntiatæ Fabriani. In Conventu Sanctæ MARIÆ Maveatiæ. In Conventu Sancti Franciſci Matellicæ. In Conventu Sancti Franciſci Montis Florentiani. In Conventu Sancti Franciſci Murtivalium. In Conventu Sanctæ Crucis Montis Caſſiani, & in Conventu Sanctæ MARIÆ de Rarano Raccineti.

Item, *de Altaribus Conceptionis Virginis MARIÆ.* In Conventu Sancti Franciſci Camerinen. In Conventu Sanctæ MARIÆ Novecani. In Conventu Sanctæ MARIÆ Gratiarum Montis Praudeni. In Conventu Sanctæ MARIÆ Montis Fortin. In Conventu Sanctæ MARIÆ Podij Ruiani. In Conventu Sancti Franciſci Siroli. In Conventu Puritatis S. Fauſti, & in Conventu Sanctæ MARIÆ de Ieſu S. Elpidij.

Item, in Deſcriptione Provinciæ reformatæ Marchiæ, inquit: *Altaria Conceptionis ſunt quatuor*, videlicet: In Eccleſia Sancti Antonij de Monte Sancto. In Eccleſia Sancti Franciſci de Belvideri. In Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ loci de Sancto Montis Falcerum; & in Eccleſia Senogaliæ.

Item, *ſunt Capellæ Conceptionis ſex*, videlicet: In Eccleſia Sancti Franciſci Teranij. In Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ Piſaurij. In Eccleſia S. Franciſci Aſſij. In Eccleſia Sancti Thomæ Montis Nevæ. In Eccleſia Sancti Franciſci Maſſæ; & in Eccleſia S. Sabini Aſculi.

COELESTINUS Bruni, Ordinis Sancti Auguſtini Italus, in Quæſtionibus Quodlibetalibus, quodlibet. 16. folio 656. *Quòd B. Virgo MARIA fuit ſemper præventa auxilijs, quod ſpectat ad peccatum, & reliquias peccatorum; & quòd fuit innocens, nec de ſua innocentia, & puritate dubitaverit, &c.* Hoc ſpiritu docet latiſſimè per totum librum, impreſſ. Neapoli 1641. in fol.

COLLEGIUM Societatis IESU Eyſtettenſe, in libro dicto: Templum honoris, in quo ſapientia, & pietas, &c. parte. 3. cap. 4. An, & cur Chriſtus, & B. Virgo ſint Templum Dei? ſic inquit: Tertium alterum illud Deo verè conſecratum Templum eſt dulciſſimum illud animorum mel, Virgo, & Mater MARIA. Nam in ea tanquam venuſtiſſima Baſilica ſua peculiari modo à fundamentis quaſi decoriſſimè excitanda, peculiarem curam oſtendit Deus, *dum eam ab habita primi Parentis labe exemptam voluit.* Lib. impreſſ. Ingolſtadij abſque anno impreſſionis in 4.

COLLEGIUM Vedaſtinum, Ordinis Benedictinorum, in alma academia Duacenſi, defendit, *quòd B. Virgo MARIA, in utero Matris ſuæ ſanctificata, immunis extiterit ab omni peccato originali.* In recognitione ſpeculi hiſtorialis Vincentij Belovacenſis, tom. 4. lib. 6. cap. 65. Lib. impreſſ. Duaci, anno 1624. in fol.

COMPENDIUM Privilegiorum Societatis IESU: *De Indulgentia pro audientibus Miſſam Conceptionis Virginis MARIÆ*, §. 1. fol. 49. Lib. impreſſ. Romæ 1586. in 12.

CONCILIA Generalia, multa ſtatuerunt pro *immunitate Virginis MARIÆ ab omni peccato*; aliqua loquendo expreſsè *de Deiparæ Conceptione*: alia verò ſub generalibus verbis, quorum, quæ reperire potuimus, hìc tranſcribimus.

Concilium Hieroſolymis habitum ab Apoſtolis Chriſti Domini, hæc pro Immaculata Virginis Conceptione decrevit: *Illa Virgo, illa MARIA, illa præſervata fuit à peccato originali in primo inſtanti ſuæ Conceptionis, & libera ab omni culpa*, & qui ita non ſenſerit, non conſequetur vitam æternam. Ita in libris plumbeis S. Montis Granatenſis, in Curia Romana exiſtentibus à P. F. Bartholomæo Pectorano

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

no Latinè traductis; de quo ſupra Velazq. lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſer. 1. adnot. 1. fol. 309. Vide etiam Chronicon Juliani Toletani, editum à D. Laurentio Ramirez de Prado. Impreſſ. Pariſijs 1628. numero 697. & in Adverſarijs num. 393. & alios quamplures, qui agunt de materia Conceptionis.

Item, in eiſdem laminis Granatenſibus, in lib. Arabicè conſcripto de Domo gloriæ, ſic dicitur: *Illa Virgo MARIA, illa Sancta, illa electa, à primo originalioq; peccato præſervata fuit, & ab omni culpa libera*, atque hæc veritas Apoſtolorum Concilium eſt, quā qui negaverit, maledictus, & excommunicatus erit, & ſalutem non conſequetur, ſed in æternum damnabitur. Vide prædictum Velazquez, diſſert. 3. adnot. unica, fol. 328. & Marchionem de Stepa, in lib. ſpeciali de hac re edito, & verb. Bartholomæus Pectoranus.

Aquileienſe Concilium, *determinavit feſtum Conceptionis B. MARIÆ Virginis* eſſe diem feſtivum, ut dicitur in lib. Conſtitutionum Bellunenſis Eccleſiæ, fol. 68.

Avinionenſe Provinciale congregatum ex tredecim Epiſcopis Gallis, Præſidente Petro de Fujo Legato à Latere, ac S.R. Eccleſiæ Cardinali, Ordinis Minorum, ac Alano Cœtiro, etiam S. R.E. Cardinali, edidit ſtatutum, ſanctionem, ſeu Canonem tenoris ſubſequentis: *Decretum in Concilio Baſileenſi de Conceptione Beatiſſimæ V. MARIÆ, ſtatuimus inviolabiliter obſervari, diſtrictè omnibus inhibendo ſub Excommunicationis pœna, ne quiſquam aliquid in contrarium prædicare, vel publicè diſputare audeat, quòd ſi ſecùs aliquis fecerit, dictam ſententiam eum incurrere volumus ipſo facto.* Et in prima Synodo per Diœceſes, per quemlibet celebranda prædicta ſtatuimus publicari, & Curatis Eccleſiarum injungi, ut hæc populo manifeſtent. Datum in Eccleſia Cathedrali Avinionen. die 7. menſis Septembris, anno Incarnationis Dominicæ 1457. Pontificatûs D. noſtri Calixti Papæ III. anno 3. Extat in Regeſt. noſtri Armament. col. 45. & R.P. Hippolyt. Marrac. in Purpur. Mar. folio 8. & folio 369. ubi adducit nomina Epiſcoporum ſubſcribentium; & cùm eſſem Romæ, dixit ſe habere prædicti Canonis inſtrumentum authenticum; Cenſores verò illius Curiæ nolle, ut typis mandaretur.

Baſileenſe Concil. licèt non Canonicum, de Conceptione Virginis MARIÆ, ſic inquit: *Doctrinam illam differentem, glorioſam Virginem Dei Genitricem MARIAM prævemente, & operante Divini Numinis gratia ſingulari nunquam actualiter ſubjacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab originali, & actuali culpa, ſanctamque, & Immaculatam, tanquam piam, & conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & ſacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam, & amplectendam diffinimus, & declaramus, nullique de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare, & docere.* Vide alia in ſeſſ. 36. prædicti Concilij, & Auctores citatos, in Regeſt. noſtri Armament. Seraph. & Joannem Antonium Velazquez, de MARIA Immaculatè concepta, libro 4. diſſert. 3. adnot. unicâ, fol. 328. & Nodum Indiſſolubilem. Item, idem Concilium edidit particularem Miſſam & Officium *pro feſtivitate, & die Immaculatæ Conceptionis*, cum Introitu, & Orationibus diverſis, quæ communiter recitantur in officio Romano, vel Fratrū Minorum; nam Introitus eſt: Gaudeamus, &c. Vide Miſſale impreſſ. Lugduni 1544. in 4. & noſtrum Chorum Caſtrorum.

Cæſarauguſtanum celebratum anno 1078. poſtquàm vocavit Virginem MARIAM Immaculatam, ex clara ſtirpe David, ſic concludit: *Sancta Synodo approbante ſtatuimus, præcipimus, & ordinamus, volumus & mandamus, quòd de cætero feſtum Conceptionis ipſius Virginis, quod eſt 8. die menſis Decembris, tam à Clericis, quàm populis per Civitatem, & totam Cæſarauguſtanam Diœceſim ſingulis annis, perpetuis temporibus celebretur, colatur, & ſervetur, ab omni ſervitio & feriali opere quieſcendo.* Ita Euſeb. cap. 8. Excep. fol. 78.

Cantuarienſe Provinciale in Anglia, determinavit feſtum Conceptionis Virginis MARIÆ eſſe celebrandum, ut refert Joannes Bacconius, his verbis: Concilium Provinciale Cantuarienſe, noviter anno 1328. menſe Januarij declarat, quòd iſtud feſtum Conceptionis celebratur de B. Virgine, ut eius Conceptio prædeſtinata erat ad Filij Dei Incarnationem, & ſic celebratur ut Matris Dei. Unde novam formam Statuti fecit dictum Concilium in hæc verba; *Quia inter omnes Sanctos memoria Beatiſſimæ Virginis, & Matris Domini eò frequentiùs agitur, atque feſtiviùs, quò majorem gratiam apud Deum (qui ejus Conceptionem prædeſtinatam ad Unigeniti ſui temporalem originem veraciter ordinavit) creditur inveniſſe; Venerabilis Anſelmus prædeceſſor noſter*, qui, &c. Sic Baconius, tom. 2. Quodlibet. libro 13. quæſt. 14. fol. 775. Petrus Ojeda, cap. 12. Alij citant hoc Concilium, ad ann. 1320. Alij verò 1326.

Conſtantinopolitanum, ſeu ſexta Synodus Generalis, ſub Agathone Papa celebratum, ad ann. 682. actione 8. ſic pro puritate Virginis: *Confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Incarnatum eſſe de Spiritu ſancto, & ſancta, Immaculataque Domina noſtra Dei Genitrice, ſemperque Virgine MARIA.* Item, actione 11. aliis 12. Verùm intactum ingreſſus Virginitatis puritate luſtrata MARIÆ Sanctæ, pleraque & quæ Dei ſunt ſapientis, *& ab omni contagione liberæ, & corporis, & animæ, & intellectus* incarnatur, qui erat incarneus, & formam ſuſcepit noſtram: ſive ſit, ut alij legunt, ab *omni labe corporis, & animæ.* Ita apud Ferd. de Vergara, capite 1. fol. 3. Et etiam, actione 12. loquens de Chriſto Domino: *Quia ſine peccato conceptus de Spiritu ſancto, etiam ſine peccato eſt partus de ſancta & Immaculata Virgine Dei Genitrice, nullum experiens contagium vitiatæ naturæ.* Et infra, actione 18. Confitemur JESUM Chriſtum *in vulva illibatæ Deiparæ Genitricis Virginis MARIÆ habitaſſe, & animam, & corpus per Spiritum ſanctum ex ſancta, & immaculata carne ejus in propria ſubſtantia carnem ſumpſiſſe nobis conſubſtantialem.* Item, citant ex hac ſexta Synodo, act. 11. & 12. verba illa: *A Divinitate aſſumpta eſt noſtra natura, illa, quæ ante peccatum creata eſt, non quæ poſt prævaricationem vitiata.* Vide circa relatas auctoritates Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immac. concepta, diſſertatione 3. adnot. unica, fol. 228. Item, ſic citantur verba hujus Concilij: *Quæ Immaculata ſemper extitiſti ab exordio tuæ creationis, &c.* Et Epiſtola Sophronij, *MARIAM ab omni contagione, ſive labe liberam fuiſſe*; & ad marginem ſic: Nota de puritate Conceptionis Beatæ MARIÆ. Ita Novaes, in lib. Lilium inter ſpinas, fol. 212. Alij etiam citant ſeſſ. 8. & 18. hujus Concilij. Martin. Philipp, in Theatro, ſæcul. 8. Vide omnes qui ſcribunt de Conceptione.

Epheſinum, *vocat Virginem MARIAM Immaculatam.* Ita Euſeb. Nieremb. in lib. Excep. fol. 69. & propter

ter hanc vocem adducitur à multis pro myſterio Immaculatæ Conceptionis.

Lateranenſe celebratum anno 1515. tempore Leonis X. in quadam Seſſione Decretum fecit, *non eſſe impium credere Virginem MARIAM fuiſſe conceptam abſque peccato originali*, &c. Ita Petrus Martyr de Angleria, illius temporis Scriptor, in lib. 28. Epiſtolarum, Epiſt. 545. fol. 124.

Nicœna Synodus ſecunda, actione 7. alijs 6. ad annum 600. loquens de veneratione imaginum, inquit: Maximè autem in imaginem Domini, & Dei Salvatoris noſtri, *deinde intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ*, &c. Garcia Loayſa in notis ad Concilium Eliberitanum, fol. 30. Alij citant actionem 6. ſic: Omnem apud Deum, qui ex eo genitus eſt habuiſſe libertatem, vox Græca, immunitatem. Vide Canyſium, lib. 4. cap. 20. & Novaes in Lilio inter ſpinas. Verb. Concilia.

Oxonienſe in Anglia, congregatum anno 1200. Canon. 1. de feſtis, inquit: *Et feſtum Conceptionis B. MARIÆ*, licèt adhuc celebre non fuerit per univerſum Orbem, &c. Ex Creſpecio, & Leone, claſſ. 8. Habemus originale.

Polonienſe, cap. 59. ſic inquit: Niveum illud Gedeonis vellus, quod in area ſicca maduit, cujus aliud præfigurabat ſimulacrum, niſi MARIÆ? *Quæ procul quidem à carnis contagio ſemota, verùm cœleſti rore tantùm completa, Trinitatis opificio Deum pura concepit, pura enixa eſt, pura poſt editum partum permanſit*, &c. Vide Euſeb. Nieremberg. in lib. Except. cap. 8. fol. 79.

Sanctæ Severinæ Concilium Provinciale à ſacra Congregatione Concilij nuper reviſum, in titulo de dierum feſtorum obſervatione, ad diem 8. Decembris habet: *Conceptio B. MARIÆ Virginis*. Lib. impreſſ. Romæ, an. 1597. in 4.

Septima Synodus Generalis, ad ann. 787. alijs 754. actione 2. vocat paſſim *Virginem MARIAM intemeratam, Immaculatam, incontaminatam, & inculpatam*, &c. Ita Novaes fol. 112. Mart. Philippus ſæculo 8. fol. 1206.

Tertia Synodus Generalis, ad an. 430. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam*, ut refert Photius Patriarcha, in Epiſt. ad Bulgariæ Principem. Vide Novaes, fol. 212.

Toletanum 11. habitum in Urbe Imperiali Toletana, in Eccleſia S. MARIÆ, à ſeptemdecim Epiſcopis, anno 4. Regis Wambæ, Era 713. Sept. Idus Novembr. ſic inquit: Pater enim æternitatem habet ſine nativitate; Filius æternitatem cum nativitate; Spiritus verò Sanctus proceſſionem ſine nativitate; de his tribus perſonis, ſolam Filij perſonam pro liberatione humani generis, hominem verum ſine peccato *de Sancta, & Immaculata MARIA Virgine credimus aſſumpſiſſe*. Ita in Concilijs à Garcia de Loayſa editis, fol. 546. Lib. impreſ. Matriti, 1553. in fol. Novaes in Lilio inter ſpinas, fol. 215. Nieremberg. Lib. Excep. cap. 8. fol. 74. Et citant Concilium Toletanum 4. ad an. 630. in quo Rex Syſinandus fecit Decretum *de Immaculatæ Conceptionis feſtivitate*. Novaes in Lilio inter ſpinas, fol. 258.

Tridentinum, ſeſſ. 5. poſtquàm egit de Adami prævaricatione, & lapſu omnium filiorum eius in peccato originali, inquit: *Declarat tamen hæc ipſa S. Synodus non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Virginem MARIAM Dei Genitricem*; ſed obſervandas eſſe Conſtitutiones Sixti Papæ IV. ſub pœnis in eis contentis, quas innovat. Vide noſtrum Armament. Seraph. & Auctores ibi citatos, atque Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 3. adnot. unica. Hoc Decretum expeditum fuit à ſancta Synodo, die Jovis, 17. Junij, ubi interfuerunt quinque Cardinales, novem Archiepiſcopi, quadraginta novem Epiſcopi, duo Procuratores, duo Abbates, tres Generales Ordinum; prædicavit R. P. Fr. Marcus Laurens Calaber, Ordinis Prædicatorum; & Miſſam celebravit Alexander Picolomineus Senenſis, Epiſcopus Pientinus, ut refert Spondan. num. 6. Et in Tridentinæ Synodi Actis, & Decretis, &c. adducit Decretum de Conceptione factum anno 1546. die 17. menſis Junij, &c. ut ſupra, ut dicitur in lib. impreſſ. Mediolani 1548. in 12. regali. De hoc Decreto omnes Scriptores agunt. Item, in concluſione hujus Concilij Trident. Patres congregati *ſolemniter diem Conceptionis Virginis MARIÆ celebrarunt*, &c. fortè pro gratiarum actione, ut dicitur in libro Synodalium Conſtitutionum Saluthiarum Eccleſiæ. Impreſſ. Caramagniolæ 1585. in 4. pag. 119. Item, in lib. dicto: Concilij Trident. Concluſiones ordine alphabetico, lit. M. *MARIA V. non comprehenditur à Concilio Tridentino, cùm agit de peccato originali*, ſed renovat, ut obſervandas Conſtitutiones Sixti IV. Liber manuſcrip. in Bibliotheca S. Franciſci trans Tiberim in 4. Acta iſtius Concilij invenies etiam apud P. Soave.

CONFRATERNITATES erectę per totum terrarum Orbem, *ſub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ſunt pœnè innumerabiles: quia nulla extat Civitas, Populus, Villa, ſeu Terra, imò quaſi nulla Eccleſia, in qua non ſit aliqua hujuſmodi Confraternitas. Ut ergo hoc non exiſtimetur gratis dictum, & ex aliqua ſaltem parte cognoſcatur totum, decrevi hîc tranſcribere ordine alphabetico Confraternitates, quæ ſolùm ab anno 1576. uſque ad annum 1582. aggregatæ fuerunt Archiconfraternitati Immaculatæ Conceptionis Sancti Laurentij in Damaſo de Urbe, ut reperiuntur in quodam parvo libello manuſcripto ejuſdem Archiconfraternitatis. Si enim ex ſolo ſexennio tot, tantæque Confraternitates erectæ, & aggregatæ fuerunt illi Archiconfraternitati ex ſola ferè Italia; quæ erunt aggregatæ per alios annos? quot non aggregatę? quot denique exiſtentes per alias mundi partes, ac Regiones totius Chriſtianitatis? Quæ ergo extant in prædicto libello fideliter ſcripto, ſunt ſequentes.

Amatrice. Arpino. Andira. Arezo. in Toſcana, & confirmata. Atella. Arriano città. Arimini città. Averſa. Alexandria città. Acquaviva de Bari. Avellino città. Auguletta terra in Regno. Atilia caſale de Coſenza. Arena terra Diœc. de Militi. Ancona città. Alboto terra. Avellu Diœc. Nolen. Acerra città. Aquilla città. Aſculi terra Diœc. de Treviſi. Ametia città. Argetti terra. Amalfi città. Aſte città. Amantea città Tropien. Diœc. in Calabria. Angloni terra in Provincia in Abruſſo. Aprigliano Diœc. de Coſenza. Aquapendente in Patrimonio. Anagni città. Aſſolo terra de Treviſi. Alberi terra. Altavilla terra. Altamura nullius Diœceſis. Alcana inferioris Bergamen Diœc. Ayerule Almaſitan Diœceſis. Augubij in Eccleſia S. Franciſci. Archo terra Trident. Diœceſis.

Bri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Briſighella. Briſella. Briſello terra Ferrarienſis. Baroli terra. Brindeſſi città. Bergamo. Benevento città. Burgo de Galeratta Diœceſi de Milano. Bagnolo terra Diœc. de Nuſco. Burgentia terra Diœc. Marſican. Bitonto città. Bari città. Belloni città. Belgiobielo in Lombardia. Breſſia. Bovalini terra Geracen. Diœceſis. Burgo Terço diſtrito de Bergamo. Bellitre città. Buccini terra Coſanen. Diœc. Buſſeti nullius, ſeu Cremonen. Diœc. Bovini città in Eccleſia S. Franciſci. Bologna nella chieſa di San Giorgio di Servi. Burgo di S. Sepulchro. Briença terra. Baſſana Vicentin. Diœceſis. Bibiena in Toſcana. Biamo terra Geracen. Diœceſis.

Camerino. Ciſterna città di Caſtello extra muros. Città di Caſtello intra civitatem. Caſſale. Liſpaſiano minori in Calabria. Cæſarauguſta Regni Aragonum. Caſſale. Caſtro Villa. Cirinola. Cagliari Caſteldurante. Converſana. Caſtelpropaci. Canturio Diœceſis de Milano. Canaya Aſſiſienſis Diœceſis. Corigliano Diœceſis de Roſano in Calabria. Città de Avelino in Regno. Cillento Caputaquen. Diœceſis. Caſtello in mare d' ſtabbia. Città di Tricarriſſi. Città di Roſano in Regno. Città di Gaetta. Città de Avelino. Caſtel San Secondo Diœceſis Parmen. Caſtello Rebenga Paleſtin Diœceſis. Città de Chieſi Cancaro città in Calabria. Citraro terra. Civitas Tabernarum. Civitas Scalarum. Città de Como. Città de Riette. Città de Luchera in Pulia, ò Calabria. Civittà Ducal. Città Leocatæ Agrigentin. Coſſenza città. Crotone città in Calabria. Cantiano terra Diœceſi. de Augubio. Cropni terra in Calabria. Caſſalis martiorum Coſſentin. Diœceſis. Caſſalis Diœceſis Caputaquen. Caſtillionis Aretin. Diœc. Colalto Diœc. de Ceneda in Friulj. Cerceli Beneventan. Diœc. Caettarum civitas fuit aliàs aggregata anno 1580. abſque conſenſu Epiſcopi. Caſtri S. Poli Savinen. Capitis ſileris Conſanen. Caſſalis Paternij Coſſentin. Caſſalis Yeroie Oppiden. Diœceſ. Caſtri S. Quirici Piectirè Diœceſ. Cropolati Roſſanen Diœceſ. Caſſalis B. Nicolai Nicotren. Diœceſ. Caſtrigeni terra Tridentin. Diœceſ. Civitas Regia in Calabria in Eccleſia S. Mariæ Annuntiatæ. Coquin civitas in India, in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Guadalupe. Chiſſonij Oppidum Bergamen. in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum. Caſtrum Franean. Diœceſ. in Eccleſia Sancti Antonij Conventualium. Caſtellana città. Cremona città. Condignola terra Caſtel Sanguine in Abruſſo. Caſſano terra Diœc. de Milano. Caravaggio Carnano terra. Caſtro in parrimonio. Cagiano terra. Caſſiano città in Calabria. Città. Cingulo città nell' Marchia. Colonia terra Diœc. Vicentin. Ceſſena città. Caſtellazara terra. Comachio. Colognola Diœceſ. de Luca. Chuiſſi città in Toſcana. Crebalcore terra Comitatûs Panonię. Celio terra de Novara, Clavari terra Ianver Diœc. Curtis majoris Placentin. Diœc. Caſſalis majoris terra Cremonen. Carvia città. Caſtello terra Provinciæ Baren. nullius Diœc. Caſtiglioni terra Tridentin. Campibaſſi Robinen. Diœceſ. Caruculi terra Reatin. Cuis Comen. Diœceſis. Campli terra Aprutiæ. Capua città. Celalbe caſtri civitatum Caſtellæ. Cito terra Braticen. Caranice terra Sutrin. Diœceſ. Caſtro Regali diſtrito di Meſſina. Capo de Iſtria città de Venecia. Civitas Cabenſis. Caſtilucia terra Caputaquen. Corpi terra in Eccleſia Sancti Nicolai Bononien. Diœceſ. Cartecole. Valenca in Toſcana.

Deſſantiva, aliàs Valenca. Diano ne l' Principato in Regno. Decla terra Meritonen. Diœc. Dalla poſta terra Reaten.

Eſte terra Patavinæ Diœceſ. Empoli caſtello Diœceſ. Florentin. Endena terra de Bergamo.

Florentia in Eccleſia Sancti Jacobi ſupra Arnû. Item, in eadem civitate cum licentia Ordinarij, in Eccleſia Sanctæ Crucis, Ordinis Minorum. Foſambruno Ducatûs Urbini. Franca Villa in Calabria. Fano. Fabriano nella Marcha. Ferrara. Fundi. Franchica terra in Calabria Militen. Diœceſis. Fermo città nella Marcha. Foggia Diœceſis de Troya. Feltren. città. Fercule terra Eugubin. Diœceſ. Fontanelli terra Diœceſ. Parmen. Franca Villa Teatin. Diœceſ. Faenza in Romania. Forli città. Fichino terra. Friuli città. Folſano città. Formiggine terra. Fridi terra ſeu città. La Frama Diœceſis de Eugubio.

Guaſtala. Gravina. Galipoli città. Goleta nel' Principato di Baſilicata. Galleta Burgo Diœceſis de Milano. Gimiliano Catacen. Diœceſ. Gargnagno terra Brigien. Diœceſ. Genua. Giſoni terra de Salerno. Gavardi terra de Briſcia. Guaſto terra. Guiſſi terra Reatinen. Gulonſſi terra Abrutin Diœceſ. Guaſtala.... Diœc. Gadini oppidi Bergamen. Gazanico terra Diœc. Borgaten. Giſini Salernitan. Diœceſ. Genua civitas in Eccleſia S. Franciſci. Gragnano terra Diœc. Letren.

Hierra in Regno d'Neapoli. Horte città in Sabina ſuper flumen. Hiporrigienſis civitas in Eccleſia Sancti Franciſci. Hidrunti civitas. Herbushei diſtrictus Brixien.

Jera nell' Regno d'Neapoli. Jeshei terra Brixien. Diœc. Jenua; vide G. Joja Provinciæ Bar. India Occidental. Maris. Julia nova in Regno. Immola città. Ilareni civitas. Juliani terra Ferrentin. Diœc. Jonadi terra Militen. Diœc. Interamen città in Eccleſia Sanctæ Mariæ Gratiarum. Joſello in Lombardia.

Luca. Leccie. Lodi. Ligniano Diœceſ. de Arimini. Lorenzana in Baſilicata. Lauretan. id eſt Loreto. Luceria città. Lugo. Lima città in Jndia Occid. Loreto terra in Abruzo. Leocta terra in Sicilia Agrigentin. Diœceſ. Logiano d' Arimini. Larina città in Regno. Lauria terra Policaſtren. Lupſij terra Teatin. Diœceſ. Luzorio terra Biſſignianen. Lanate Diœceſ. Veronen. Lauerani Provincja Eſtratibuſſen. Diœceſ. Leddinaria terra Adrien. Laurin Caputaquen. Diœceſ. Lauri terra Aquilanen. ſeu alterius Diœc.

Martina. Manopoli. Montepiloſo. Miſagna Diœceſ. de Brindis. Mirandula. Militi, ſeu Paleſtina. Monſa. Mondovecia Latinè Mantua. Matera. Morano. Mendola Fotinen. Diœceſ. Monteleone in Calabria. Monteleon Diœceſ. de Caſerta. Modena. Monopoli. Marturano, in Calabria. Miglioríco in Regno. Mirigliano Diœceſ. de Nola. Mãfredonia città. Marſive città in Regno. Monte Melone Camerin. Diœceſ. Meianei, aliàs Meſſagna terra de Brixia. Monteopoli. Montefalco. Mari terra de Melſi. Monteſarchi terra de Benavente. Matalone in Regno. Montecorbino Diœceſ. de Acerni. Marchjaniſi Diœceſ. de Capua. Marſico città in Regno. Mirabella terra Diœc.

de

de Avelino. Milano città. Montemurri terra in Regno. Martino terra in Regno Diœceſ. Tarantin. Mileti città. Maximo terra Baren. Diœceſ. Maide terra Nicaſtren. Martio terra d' Coſſenſa. Mettara Diœceſ. de Villebani, in Eccleſia S. Bernardini. Monticello terra Vicentin. Diœc. Marigniano terra Diœc. d'Milano. Montidi Abrutin. Diœceſ. Montisbodi terra Senogal. Diœceſ. Martinengo Brixien. Diœceſ. Maranole Cajetan. Diœc. Montelans Canen. Diœceſ. MontisFalconi terra Ananen. Mercurani Regni Neapolis. Monduldi Senogalien. Monteſlino. Martorana. Montis Realis terra Reatin. Diœceſ. Maire in Calabria Diœceſ. S. Marci, in Eccleſia S. Mariæ, &c. Monte Bargii terra. Montis Sancti Angeli Manforden. Diœc. Majoricarum Amalphetan. Diœc. Montepulchiano città. Montebarchii in Toſcana. Monte de la Fedè. Modica terra. Monte Barchii terra Diœc. de Fieſſoli Dominio de Fiorenza.

Navara. Neapoli. Nola in Regno. Nicaſtro in Calabria. Nicotera città in Calabria. Nochera città. Noventa terra. Nercia Diœceſ. Spoleti. Nochera città in Umbria.

Octaviano Diœc. de Nola. Orbieto. Ortone amare città. Orcinovi Diœc. Brixien. Oſſuna Villa Diœc. de Sevilla. Otranto città, Idrútum Latinè. Oppidum civitas. Oriulo Provinciȩ Calabriȩ Anglonen. Diœ.

Parma. Potenza. Piaſſenza. Piſtoia. Poleſtina Diœ. de Melito. Ponteremolo. Puzzolo in Regno. Palermo città. Procero terra. Proraco de Camerino. Piſtiota Diœc. de Capaccia. Piſtici terra in Baſilicata. Pola terra Diœc. de Capazo. Poſta dell' Aquila terra. Polona terra in Calabria Militen. Diœc. Pietrapagana, ò Pieſco. Patri terra nullius Diœc. Pilei terra Anagninæ Diœc. Peruggia. Piſtoriæ civitas. Paduæ, in Eccleſia S. Antonij. Poſta de Maceloneȩ terra. Pitigliano terra. Palma terra Militen. Puntormo terra Diœc. Florentin. Pola terra Caputaquen. Papia civitas. Pabia, in Eccleſia S. Franciſci. Puolo terra Duccato d' Milano. Prato Albrino terra. Piſa. Priciti terra Diœc. de Luca.

Quinque Frondi in Calabria. Quintiano terra de Brecia.

Ruuo in Regno. Rocha contrada. Rutigliano de Bari. Roccha Secca. Reggio in Lombardia. Racle terra Neditonen. Diœc. in Calabria. Rochaſpida Caputaquen. Diœc. in Regno. Ravenda. Roſano. Revenga caſtello Palentin. Diœceſ. in Hiſpania. Riette città. Rende terra Coſſentin. Diœc. Ripa terra Diœc. de Trento. Rogliano terra Diœc. de Coſenza. Regum terra Acumeli Aſſurlan. Diœceſ. Riciolis Brixien. Diœc. Ravena per ordine del Padre Octauiano, dell' Ordine de S. Franceſco. Raguſſia città in Eſclavonia. Rivera, ó Riperi. Ripalta Cremonen. Diœceſ.

Santo Cipriano, Salernitan. Santo Germano. Santo Lorenço in Campo. Santo Angelo in Vado. Santa Maria in Avigliano Campanen. aliàs Sahinien. Sabia. Sala Coſtanen. Diœc. Salerno. Seminaria città d'Melito. Sarno città. Sorento città. Santo Severino Salernitan. Diœ. Santilano Diœce. de Tricarrico. Saponara Diœceſ. de Mileto. Santa Agata città in Regno. Soccino caſtello de Cremona. Santa Agata terra Beneventan. Sarno città Provinciæ de Abruza. Santo Severo Diœc. Salernitan. Sermoneta. Salſolo terra. Savigniano terra. Soma terra Novalæ Diœc. Speciano città de Coſenza. Santo Secundo Diœc. de Parma. Sereno Diœc. de Palermo. Servia città. Sonenno Teracinen. Diœc. Scalea terra in Calabria. Stongoli terra in Calabria. Salmone città. Sinopoli Militen. Diœc. S. Agata terra in Apuglia Bovinen. Diœc. Sicli terra Syracuſan. Diœc. Saladio terra Brixien. Diœ. Scilla terra Squalacen. Diœc. Santa Maria de Pictro terra ſummæ Nolanen. Diœceſ. S. Maria dell' Gratie di Fratri Minori: for di Arimini. S. Nicolai for della porta. Salmone di Fratri Minori. Sena civitas. S. Angelo città de Calabria. S. Angelo terra Faſſanellæ nullius Diœc. Sulmona città. Sale terra Caputaquen. Siſia città Reginen. Soliani terra Ariminen. Senogalia in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum. San Remulo Albiganen. S. Joannis Rotondi in Puglia. Squilacij città in Calabria. S. Felicis Provinciæ Baſilicatæ. S. Joannis in Perſiceto Comitatûs Bononien. S. Fœminæ terra de Narni Spolceo. S. Remo Januen. Diœc. Sermito Caſtello Diœc. de Mantua. S. Caſciano terra in Toſcana. Silice terra in Sabina.

Taranto. Termini città. Terra Tramontis Diœc. Neapolitan. Tropea in Calabria. Turella terra in Regno. Toci Teatin Diœc. Troia città in Puglia. Terra Marſſeniſi Capuan. Diœc. Terra Foccia Diœceſ. de Troia. Terra Cum Coma Diœc. Terra Sarconi in Baſilicata. Terra Terlicii. Torre del Grego. Terra della Poſta Reatin Diœc. Terranova in Regno. Tropea città. Toccio terra Diœc. de Chieſi. Taverna città in Calabria. Turſi città in Baſilicata. Terra S. Angeli nullius Diœc. Tino terra de Aliſo. Treviſij città. Termoli città in Regno. Terra Clararum Brixien. Diœc. Terra Plani Suanæ Diœc. Terra petra in Apuglia. Terra Pugliani Salernitan. Tridentina città. Terra S. Petri in Galatina Udentrin, in Eccleſia S. Catharinæ. Teano città, in Eccleſ. S. Antonij de Padua. Terra Leoni Diœc. S. Angeli in Regno. Tino terra Diœceſ. Galiſo, talia aggregata die 13. Maij 1581. Sed iuſtis de cauſis fuerunt de novo expeditæ litteræ. Treviglio terra. Teno terra ſeu Caſtriteni Diœ. de Trento.

Viterbo. Valencia, aliàs de Xativa. Villaverde, Vignale Diœc. de Salerno. Vitella Cremonen. Diœc. Venoſe città. Vareſe. Villarobreda Diœc. Toletan. Urbino. Urchenove Brixien. Diœc. Verma fù reſtituta la ultima Bolla conceſſa all' Frati di S. Marcello nella Chieſa d' S. Maria della Scala ſoto l' ſette di Marzo d' 1580. per ordine, & decreto della Congregatione. Vercelli. Villa Bellelagarinæ Tridentin. Diœc. Villanova Caſſalen. Diœc. Verona. Vicheria caſtello. Udene d' Venecia. Villa terra Diœc. de Trento. Verbicari terra Caſſanen. Venecia Vinearum civitas, in Eccleſ. Fratrum Minorum. Urſi Marſis Caſſanen. Diœc. Vallatæ terra Biſatiarum Diœc. Venafro città. Velliarum terra. Villaucaleonis Niquen. Diœ. Venoſa città duplicata per la ſeconda volta, die 23. Septembris, in Eccleſia Fratrum Conventualium. Vintimili città. Vaſtiterra nullius Diœc. Volaterrana extra mœnia in alio loco fuit aggregata. Uliſbona in Eccleſia S. Stephani. Viccus città. Aquen. Diœc. Vincença città.

Zare civitas. In alio libro predictȩ Archiconfraternitati ab ann. 1637. uſque 1642. ſunt unitȩ & aggregatȩ ſequentes Confraternitates: Monte Celi dell' caſtello de S. Mariano. Stellicira. Fileto della Abacia di San Benigno. Valleta dell' Inſula de Malta. Galloro Diœc. de Albano. Regniano Diœceſ.

Diœc. de Pela. Cancelli Diœc. de Fieſſoli nella chieſa de Narbona della doctrina Chriſtiana. Lagiara de Fontenallato Diœc. de Parma. Leſi città nella Chieſa di S. Foriano. Avio Diœc. de Verona. Giuglia in Diœc. Caſtellana. Villa de Nurcia de catel de S. Angelo nella Chieſa di S. Bovalene Diœc. de Verona, in Eccleſ. Archipresbyt. Piſonearum. Salutio Diœc. de Luſino. Otano Diœc. de Arelo. Della Piebe Diœc. de la città de Caſtello. Encheſi Diœc. de Spoleto. Barboſarone Diœc. de Milano. Monteſinero della terra de Jago negro Diœc. de Policrato. Reccia de Capranìa Diœc. de Mantua. Sarçan in Eccleſ. di S. Rufino Diœc. Berton. in Eccleſ. de S. Miniato, in Collegio del Monaſterjo Cluniacenſe. Matiſionenſe. Embongonovo Diœc. de Piazenza. Nel Caſſale di S. Vitorino Diœc. de Nola. Saccilo nella Chieſa Collegiata Diœc de Aquileia. Nella città de Minco Diœc. Syracuſanæ. Nel luogo de Oreiatigo Diœc de Gualterra. Lumello Diœc. Papien. In loco Bardi Placentin. In terra Capracotæ Trivenariæ. Terræ Caſtri S. Joannis de Olutra Diœc. Placentin. In Civitate Biglibani. In Caramagnola Salutiarum. Nella città Terrebiſi Montis S. Angeli Sipontin. In terra Archignani Bitontin. In città Nucheræ Paganorum. In terra Mede Papien. In Monte Maiori Fanen. Garfagnari Dunen. Farçanen. In città Gratz Saliſburgen. In terra Itris Diœc. Geraçen. In Vincor Biſſuntiæ. Turrichio. Piſciæ nullius Diœc.

Item, de civitate Altamuræ habemus quoddam inſtrumentum authenticum, quod incipit ſic: Univerſis, & ſingulis præſentem procurationem per Epiſtolam inſpecturis, viſuris, pariter & lecturis, ſit notum & manifeſtum, qualiter nos infraſcripti Confratres *Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* civitatis Altamuræ, &c. expeditum 17. Novembris, anni 1581. ubi ſubſcribunt quadraginta octo Confratres.

CONGREGATIO Rituum S. R. E. Cardinalium, edidit Decreti *de Conceptione Immaculatæ Virginis MARIÆ* à Concil. Trident. facti declarationem, ut dicitur in lib. impreſſ. Lugduni apud Laurentium Durand. ann. 1634. in 4.

Item, approbavit Concil. Provinciale Eccleſiæ Sancti Severini, coactum à Franciſco Antonio Archiepiſcopo, in quo præſcribitur modus prædicandi *in die Conceptionis B. ac glorioſæ Virginis MARIÆ*, & præcipitur obſervatio prædictæ feſtivitatis, ut dicitur in lib. impreſſ. Romæ, anno 1497. in 4. Vide verb. *S. Severini Eccleſia*.

Item, approbavit officium *Conceptionis B. Virginis*, & per totam octavam, ut in lib. impreſſ. Neapoli 1628. in 8. Approbavit etiam *officium Conceptionis Virginis MARIÆ, pro Fratribus Carmelitis Diſcalceatis*, ut in eorum officijs dicitur impreſſ. Romæ 1629. Approbavit etiam *officium Conceptionis Virginis MARIÆ Ordinis SS. Trinitatis*; ut dicitur in eius Breviario impreſſ. 1641.

CONRADUS Klingius, Ordinis Minorum Exfordien, *in ferijs Conceptionis MARIÆ Virginis* indicem concionatorium, in lib. de locis communibus Theologicis. Item, l. 4. fol. 449. c. 48. Quòd Chriſtus Dominus ſummo honore dignatus eſt Matrem honorare, *eam præſervando à peccato, ita quòd neque originali, neque actuali peccato ſubiacuit*. Impreſſ. Pariſijs 1574. in 4. & 1565. & Coloniæ Agrippinæ, anno 1562.

CONRADUS Koellim, Ordinis Prædicatorum Ulmenſis, in 1. 2. Divi Thomæ, quæſt. 81 de traductione originalis peccati, explicat illud D. Thomæ: Ad tertium, dicendum: *Quòd illa purgati præveniens ad Beatam Virginem non requirebatur ad auferendum transfuſionem originalis peccati, &c.* Et reſpondet ad finem quæſtionis: Iſta autem recenſeo, non ut ego aliquid in iſta re temerariè velim aſſerere, ſed cōmemorare, quid ſenſerit ſuo tempore D. Thomas poſt alios Sanctos loquens, qui nunc exponendus venit, &c. Impreſſ. Coloniæ 1512. in fol. & Venetiis 1589. in folio, & ibidem 1599. folio 242. Et licèt ibi latè agat de propagatione peccati originalis ſecundùm legem communem; neque comprehendit, nec nominat Virginem MARIAM. Hunc exiſtimo eſſe, quem Pater Vega in Theolog. Marian. folio 152. citat ſub nomine Conradi præcisè.

CONRADUS Pellicanus Germanus, in quatuor Evangeliſtas, in cap. 1. Lucæ, fol. 208. ad illud: Inveniſti gratiam, inquit: Sed illud tibi ſatis, quòd nacta es gratiam ac favorem apud Deum; quòd ab eo ſuper omnes diligeris mulieres; quòd te ſuper omnes benedixit; favorem ejus aſſecuta es; quòd te elegit præ cunctis ad myſterium ſacroſanctum expediendum, quod erat ab exordio ſæculi Patribus & Prophetis promiſſum. Non hìc dicitur MARIAM inveniſſe gratiam Dei pro toto mundo, ut illam fidelibus ipſa largiretur: Chriſtus ipſe ſolus eſt, qui gratiam invenit tam pro ea ſua Matre, *quà nunquam caruit electa Dei Mater ante mundum conditum, &c.* Lib. impreſſ. Tigurii 1582. in folio.

CONRADUS Saxo, ſive de Saxonia, cognomento Holxingarius, Ordinis Minorum, in ſalutationem Angelicam, ſcripſit *Virginem MARIAM fuiſſe conceptam abſq; originali peccato*, ut refert Antonius Daza in Opere de Concept. 1. fol. 48. Sed in eodem Tractatu citatur ab Adverſariis pro ſua opinione. Quid autem circa hoc dicendum ſit, ignoro: nam invenire nequaquam potui prædictum hujus Auctoris Tractatum.

Item, citatur ab Adverſariis Serm. 2. de Nativit. Sermo verò ſic incipit: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum, Proverb. 26. *Vas fuit puriſſimum B. Virgo MARIA, quæ rubigine ablata per ſanctificationem in utero, ſancta, & puriſſima hodie egreſſa eſt de utero.* Bernardus: Fuit proculdubio Mater Domini antea ſancta, quàm nata, &c. Et nihil aliud habet de hac materia. Ex quibus non poteſt colligi ipſum contrariam ſuſtinuiſſe ſententiam, de quo in alio Tractatu agimus latè. Extat in Biblioth. Scorialis manuſc. Plut. VI. F. 2. in pergameno.

CONSALUS Durantus à S. Angelo in Vado, Presbyter; in Notis ad Revelationes S. Brigittæ, lib. 1. cap. 9. fol. 15. num. 1. 2. 3. & 4. atque præcipuè 5. ad illa verba: Et mox anima cum corpore ſanctificata eſt: *Quòd, ly, ſanctificatio, indicat ab originali peccato præſervationem; nam ſanctificari non accipitur pro eo, quod cùm priùs eſſet immundum, poſtea mundaretur, & purgaretur; ſed eſſe phraſim ſacrarum litterarum, & ſignificat ſanctificari id, quod antea non fuit immundum*; quod probat auctoritate SS. PP. Scriptura, & Exemplis. Item, l. 6. c. 45. f. 547. ad illa verba: Et veritas eſt, quòd ego concepta fui ſine originali peccato; latiſſimam facit notam, *ubi probat B. Virginem in ſua Conceptione originale peccatum minimè contraxiſſe*;

*traxiſſe*, ex auctoritate Conciliorum, Sanctorum Patrum, ac modernorum Doctorum, latè.

Item, lib. 6. cap. 45. fol. 559. & 560. ad illa verba: Sed ſcito, quòd Conceptio mea non omnibus nota fuit; *agit de Conceptione Immaculata Virginis* per duas columnas tom. 1. Impreſſ. Romæ 1606. de quo Armament. in Regeſt. à colum. 25. uſque 28.

CONSTANTIA Barreſò, Monialis Toletana Monaſterii S. Clementis Toletan. devotiſſima fuit myſterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de cujus vita agit Anton. de Yepes, Centuria 7. & Lupian, in Epitome ad finem.

CONSTANTIA Gonzaga Lovii Marchioniſſa, ab adoleſcentia uſque ad extremum ſuæ vitæ diem, ſemper induta inceſſit habitu *Immaculatæ Conceptionis*, recitabatque illam Antiph. Tota pulchra es amica mea, *& macula originalis non eſt in te*. Vide hæc & alia apud Marrac. in Heroid. Mar. folio 130.

CONSTANTIA Magalotta Barberina, inter cujus alia devotionis, ac pietatis ſigna unum fuit, ſæpiſſimè repetere illa verba: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuiſti, ora pro nobis Patrem cujus Filium peperiſti*. Ita Marraccius in Heroid. Marian. folio 126.

CONSTANTIA Poloniæ Regina, Sigiſmundi III. conjux, ſcripſit pro diffinitione *myſterij Immaculatæ Conceptionis* ad Sanctiſſimum Urbanum VIII. Epiſtolam, quæ incipit: *Eo ſemper pietatis affectu, &c.* Extat ad litteram apud Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 132. & in Biblioth. to. 1. fol. 359. licèt per errorem vocaverit ipſam Eliſabetham.

CONSTANTINUS Ghinus, Senen. Canonicus Regularis S. Salvatoris Italus, in libro de Natali Sanctorum Canonicorum, ad diem 8. Decemb. *Conceptio glorioſæ ſemper Virginis Genitricis Dei MARIÆ*, cujus feſtivitas peculiari devotione à Canonicis Regularibus celebranda videtur: quia revelatio ejuſdem facta eſt Helſino, ſive Helpino Anglo Abbati, &c. Naufragium à SS. Virgine Conceptionem ſuam annuntiante liberato, &c. Cùm igitur in Eccleſijs Canonicorum, & à Canonicis hujuſmodi feſtivitas in Breviario, & Miſſali primò ſit recepta, & celebrata; deinde à S. R. Catholica, & Apoſtolica Eccleſia appoſita; peculiari devotione celebranda, ac recolenda erit, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1621. in 4.

Item, in lib. Dialog. de Imaginibus ſacris, dialog. 7. fol. 107. num. 25. inquit: Papa Adriano VI. (eſt error typographiæ, nam fuit Alexander VI.) nell' anno in 1454. conceſſe indulgença di diecce mille anni per i' peccati mortali, è vinti millia per i' veniali à quelli che avanti l' imagine di noſtra Signora con la ſua Madre S. Anna, è del ſuo Figliolo Chriſto benedetto diccevano tre volte quella oratione: Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum, tua gratia ſit mecum; benedicta tu in mulieribus, & benedicta ſit S. Anna Mater tua, *ex qua ſine macula, & peccato proceſſiſti Virgo MARIA*, ex te autem natus eſt Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi, Amen, &c. Vide alia ibi pro *Immaculata Virginis Conceptione*, præcipuè fol. 97. Lib. impreſſ. Senis 1595. in 4.

CONSTANTINUS Maſſinus de Vercelli, Canonicus Regularis Lateranenſis, in libro: Trattato della antichiſma devotione del Santo Monte de Crea poſto nell' Ducato di Monferrato, doue Iddio ad interceſſione della Beata Vergine opera continuamente multi miracoli, par. 2. myſt. 1. *della Concettione della Regina de Cieli, è Padrona noſtra*, lat[e] folio 47. uſque 54. Impreſſ. Paduæ 1550. in 4.

CONSTANTINUS Pogonatus IV. Orienta[lis] Imperator, in Edicto à ſe publicato in 6. Synodo act. 18. ſic inquit: Credo per ſpontaneam ſe exinaniſſe humilitatem, & in vulvâ illibatæ Virginis Deique Genitricis MARIÆ habitaſſe, & animam & corpus per Spiritum, *& ex ſancta & immaculata carne eius* in propria ſubſtantia carnem ſumpſiſſe nobis conſubſtantialem, &c. Ex Georgio Cedreno in Compendio Hiſtoriæ, Hippol. Marrac. in lib. Cæſares Marian. fol. 44.

CONSTANTIUS Fœlix, Medicus Italus, ad diem 8. Decembris, *de feſto Conceptionis B. Virginis MARIÆ* ab Eccleſia celebrato, in ſuo Kalendario hiſtorico impreſſ. Urbini 1577. in 4.

CONSTANTIUS Leonida, Italus, in breviſſima Cantici Canticorum Salomonis explanatione, ad Sanctiſſimum Paulum V. cap. 2. ad illa verba: Sicut lilium inter ſpinas, &c. folio 1[.], vocat Virginem MARIAM *Immaculatiſſimam, & inviolatam, &c.* Lib. impreſſ. Venetiis 1610. in 4.

CONSTANTIUS Peregrinus, Flander, in lib. Conclave ſacrarum Collationum piè atq; perdocte diſtributum in Dominicas & Feſta totius anni, fol. 23. Collatio 5. *in Conceptione B. MARIÆ*: Beatus venter qui te portavi[t]. Impreſſ. Duaci 1631. in 8.

CONSTANTIUS Sarnanus, Ordinis Minorum Italus, S.R.E. Cardinalis, recognovit librum, & quæſtionem: *Vtrum Virgo fuerit concepta in peccato originali?* Petri Aquilani, ſeu Scotelli, ubi acerrimè tuetur piam ſententiam, ut verus Scoti diſcipulus. Lib. impreſſ. Venetijs 1584. in 4.

Item, quęſtionem *de Conceptione B. Virginis MARIÆ*, Franciſci Lycheti, affirmativæ ſententiæ opinionis piæ. Venetijs 1589. in folio.

Item, expolivit, vindicavit, marginalibus annotationibus, indicibuſque exornavit Opus in 4. libr. Sent. R.P. Antonij Andreæ, ac per conſequens diſtinctionem 3. *de Immaculata Conceptione V. MARIÆ*. Lib. impreſſ. Venetijs 1578. in folio.

Item, in dilucida conciliatione omnium controverſiarum, quæ in doctrina ſummorum Theologorum Sancti Thomæ, & Subtilis Joannis Scoti paſſim leguntur, &c. in 3. controv. fol. 43. in conciliatione, inquit: Dupliciter peccatum originale contrahi poteſt, aut de facto, & debito, *& ſic Beata Virgo non contraxit, ut dicit Scotus*; aut ex debito ſolo, nempe, niſi gratiâ præveniretur, contraxiſſet; & ſic verum dicit S. Thomas; Chriſtus verò nec ex facto, nec ex debito contraxit. Lib. impreſſ. Lugduni 1550. in 8.

COOFRAUS Dardaneus, ſive Nicolaus Coeffeteau, Epiſcopus Suffraganeus Metenſis, ex Ordine Prædicatorum, in Apologia ad litteras Regis Britanniæ, c. 7. Dum contra Molinæum omnes laudes B. Virgini MARIÆ ab antiquis tributas ſuſtineret, inter quas una fuit, *quòd ſine peccato concepta extiterit*, &c. ſic Andreas Peruzzinus in Analyſi Immaculatæ Conceptionis, fol. 62.

CORNELIUS Brederodius, Juris Conſultus, illuſtravit multis modis Opera Didaci à Covarruvias, Epiſcopi Segovienſis, ac per conſequens, quæ ipſe refert *de Immaculata Virginis Conceptione*, in cap. Alma Mater. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1615. in folio.

CORNELIUS Cornelij à Lapide, Societatis Jesu,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jesu: *Quòd gratia B. Virginis MARIÆ in primo inſtanti Conceptionis, ſuperavit gratiam ſupremi Angeli*, tom. 2. Evangeliorum, in cap. 1. Lucæ, verſic. 28. fol. 13. Lib. impreſſ. Lugduni 1648. in folio, & Antuerpiæ 1635.

Item, ſuper cap. 8. Proverb. part. 3. verſic. 22. dicit: *Beata Virgo in ipſo initio viarum ſuarum, ipſoq; momento Conceptionis, & vitæ à Deo ſola poſſeſſa fuit, &c.*

CORNELIUS Curtius, in vita S. Oringæ, ſeu Chriſtianæ, ſcripſit Apparitionem de die, quâ in cœlo celebratur *feſtivitas Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, de qua latè Euſeb. Nierem. cap. 38. fol. 300. Vide verb. Oringa, ſeu Chriſtiana.

CORNELIUS Donthers, in libro: Manuale precationum Catholicarum, Gallicâ linguâ, folio 458. in Litanijs ad Virginem MARIAM ex Scriptura ſacra: *Speculum ſine macula: Lilium inter ſpinas*, & alia hujuſmodi dicit. Et ibidem: *Per ſalutarem Conceptionem tuam*, libera nos Virgo glorioſa. Etiam fol. 477. *Per ſanctum diem Conceptionis tuæ*, O Domina ſuccurre nobis. Lib. impreſſ. Leodii 1606. in 12.

CORNELIUS Doyema, Ordinis Minorum Belga, in Aſſertionibus Theologicis de Virtutibus, Vitiis ac Peccatis, habitis Lovanii menſe Decembri, anno 1616. defendit *Virginem MARIAM in ſuæ Conceptionis inſtanti non habuiſſe peccatum originale*, etiamſi habuerit debitum. Impreſſ. Lovanii, typis Bernardini Maſii, eodem anno in charta expanſa.

CORNELIUS Gaſſius Carthuſianus, auxit & locupletavit legendam *de intemerata glorioſæ Virginis Conceptione* à Zacharia Lipeloo editam; ut patet ex 4. tom. fol. 703. Lib. impreſſ. Coloniæ, anno 1616. in 8.

CORNELIUS Janſenius, Epiſcopus Gandavenſis, *ſolam Virginem MARIAM inter omnes mulieres* affirmat *maledictionis expertem*. Vide quæ dicit in Concord. Evangelic. cap. 3. ad illa verba: Benedicta tu. Lib. impreſſ. Lugduni, anno 1582. in folio.

CORNELIUS Janſenius Leerdanenſis, Epiſcopus Iprenſis, in Explicatione Evangeliorum, tom. 2. in cap. 1. ſecundùm Lucam, ad illa verba: Ave MARIA, gratiâ plena, ait: *Quòd Mater Dei fuit omninò immunis à peccato, tam ab originali, quàm actuali, ſive ab omni, quod quovis modo ad peccatum incitat, &c.* fol. 17. Lib. impreſſ. Lovanij 1639. in 4.

CORNELIUS Impens, Ordinis Minorum Belga, in Concluſionibus Theologicis, habitis Lovanii, die 1. Junij ſub R.P. Fratre Joanne Boſco; de Virtutibus, & Vitiis, ac Peccatis in Genere, Concluſione 15. de Peccato originali, ſic dicit: *Non eſt improbabile, ab hac lege exemptam fuiſſe Deiparam Virginem, adeoq; neq; debitum proximum peccati originalis habuiſſe: ſaltem immunis fuit ab ipſo peccato in ſuæ Conceptionis inſtanti.* Impreſſ. Lovanii 1650. in 4.

CORNELIUS Lancilotus, Ordinis S. Auguſtini, in vita Sancti Aurelij Auguſtini, Hypponenſis Epiſcopi, cap. 31. de devotione eiuſdem Doctoris ad B. Virginem, poſtquam adduxerat illud: Per fœminam mors, per fœminam vita; per Evam interitus, per MARIAM ſalus, inquit: Familia Auguſtiniana imitatione ſui Parentis, tantæ Virginis ſingulari ſtudio accenſa, in cuius quoque honorem alba veſte utitur, id eſt, *in honorem Immaculatæ Conceptionis*, cum obligatione cuiuſdam penſi Horarij, quod ei Choris alternantibus exolvit, &c. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1616. in 8. regali.

CORNELIUS Loos Calidius, Germanus, in libro: Thuribulum aureum ſanctarum precationum, &c. ad diem 8. Decembris, *de Conceptione MARIÆ Virginis*; & fol. 323. vocat MARIAM *præventam à gratia*, & alia hujuſmodi. Lib. impreſſ. Moguntiæ 1582. in 16.

CORNELIUS Muſſus, Ordinis Minorum Italus, & Epiſcopus Bituntinus: *Quòd B. Virgo MARIA nunquam in anima habuit maculam, nunquam in ipſa fuit defectus ex aliquo peccato ipſam obſcurante*, quia ſemper fuit lucida, ſemper ſplendore plena, ſemper plena gratiâ, & ſemper ſancta, in Concione de Aſſumptione B. MARIÆ, tom. 2. Impreſſ. Coloniæ in 8. & Januæ 1591. in 8. fol. 682.

Item, præcepit ut inter feſtivitates Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, in Eccleſia Bituntina, *prima celebraretur Conceptio*; ut videre eſt in lib. de Bituntina Synodo, folio 243. Lib. impreſſ. Venetijs, anno 1579. in fol.

Item, in Sabbato 4. Quadrageſimæ, affirmat *Virginem MARIAM fuiſſe præſervatam ab originali culpa*, latè à folio 137. in part. 2. ſuorum Sermonum. Impreſſ. Venetijs 1588. in 4. regali.

Item, lib. 4. Concionum, Concione de myſterio Incarnationis, fol. 20. ſic Italicè loquitur: Gia tolto il peccato hoggi, per che è generato nell' ventre di MARIA, & pure la carne della Madre che genera, & quella dell' figlivolo che è generato, *tutta è mundiſſima, ſanctiſſima, immaculatiſſima, non vie pur ombra di peccato, &c.* Et infrà: E aquella ſantificatione tua tale, & tanta, che ſotto Dio non fù mai coſa, ſi ſanta, ò Vergine, ò Vergine, ò Ave, ò Ave, ò ſença guai, ò piena di gratie, &c. Lib. impreſſ. Taurini 1579. in 4.

Item, lib. 3. Concionum, fol. 544. Concione de puritate, & ſanctitate MARIÆ Matris Dei, facta Viennæ in Auſtria, anno 1560. *Quòd Virgo MARIA fuit tota pura, tota candida, & abſque ullo peccato*, & alia quæ eius immunitatem, & præſervationem à peccato reſpiciunt. Lib. impreſſ. Venetijs, anno 1563. in 4.

Item, in Commentarijs ſuper Magnificat compactis ex Cornelij noſtri operibus, & latinitati donatis à R. P. F. Philippo Boſquerio, ſub titulo: Chryſoſtomus Italorum, ut videre eſt tom. 1. ſuorum operum, ad finem fol. 1312. aſſerit Virginem MARIAM adeò fuiſſe elegantem, ut pulchritudinem omnem cœlorum antecelleret, adeò mundam, *ut nunquam illic atomus, aut pulviſculus ullus tenuiſſimus peccati cuiuſcunque inventus ſit.* Lib. impreſſ. Coloniæ, anno 1621. in fol. Item, ibidem Concione 4. fol. 1332. *Quòd fuerit præſervata, Immaculata, & concepta Beata Virgo abſque peccato originali, &c.* Vide ibi Latinè, & Italicè, impreſſ. Venetijs 1588. par. 2. fol. 137.

Item, in Epiſtol. Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 262. inquit: Quia efficacius Chriſti donum, quàm Adæ delictum. Privilegio quodam divinæ gratiæ per Chriſtum poſſunt ſanctificationem conſequi etiam in utero infantes, ſicut fuit de Hieremia, de Joanne Baptiſta, atque *de Virgine*, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1588. in 4.

Item, in lib. de vita MARIÆ Virginis Matris Dei, fol. 6. affirmat, *quòd Beata Virgo MARIA fuit concepta abſque ulla macula peccati*. Lib. impreſſ. Italicè Neapoli 1623. in 8.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CORNELIUS Schultingius Eſteinunichius, Canonicus Colonien. in Biblioth. Eccleſiaſtica, ſeu Commentariorum ſacrorum, tomo 2. par. 1. hyemali, fol. 3042. *de Conceptionis Beatæ MARIÆ feſto*. Lib. impreſſ. Coloniæ 1599. in fol.

Item, ex Concilio Baſileenſi, ſeſſ. 36. de renovatione *feſti Conceptionis* cum rariſſimis indulgentijs, & de ſententia Concilij Baſileen. eâdem ſeſſ. de controverſa quæſt. An B. MARIA in peccato originali concepta, nec ne? Item, Elench. eorum, *qui de Conceptione B. Virginis* in utramque partem propugnando, oppugnando, ſalva fidei compage, ut B. Auguſtinus loquitur, ſcripſerunt. Item, quęſt. *de Conceptione* ex Epiſtola Joannis Heſſels, Doctoris Lovanienſis miſſa R. P. F. Antonio Sablonio tunc exiſtenti Guardiano in Conventu Athenſi Provinciæ Flandriæ, ſibi ab amico communicata. Item, Patrum eorum teſtimonia, qui in originali peccato MARIAM conceptam eſſe prodiderunt. Et ibidem reſponſio ad PP. & præcipuè Bernardi ſententias, quæ cum *illibata Virginis Conceptione* pugnare videntur. Item, de quarumdam Eccleſiarum ritibus *in hujus feſti Conceptionis MARIÆ* obſervatione. Et ibidem de ipſo officio *Conceptionis*. Item, partes, & fragmenta Liturgiæ *Conceptionis*. Item, de Præfatione antiqua *in die Conceptionis*.

CORNELIUS de Snekis, Ordinis Prædicatorum Flander, ſcripſit Roſarium Beatæ MARIÆ, ſeu Sermones 21. ſuper Confraternitates, de Serto roſaceo ſacroſanctæ Dei Genitricis, &c. & Sermone 12. fol. 31. inquit: Quòd autem Virgo MARIA meritò ſe roſam appellaverit, & exinde modus orandi, id eſt, Ave MARIA (quo eam honoramus) juſtè Roſarium, nomine ex conditionibus roſę, quę ei pulcherrimè conveniunt, deduci poteſt; primò ex ejus colore: reperiuntur enim aliquæ roſæ albæ, aliquæ purpureæ, aliquæ rubræ, & omnes illæ ſibi aptiſſimè conveniunt; & primò quidem roſa alba: quid enim tam album, tam candidum, tam purũ, & immaculatum, ac mundum in hoc mundo apparuit, ſicut mundiſſima Virgo MARIA? O ſedes pergrata Deo! quid purius unquam te fuit? quid ſanctius, meliusve creatum? *Certè tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Decuit enim (ut Anſelmus ait) Beatam Virginem ea nitere puritate, quâ major ſub Deo nequit intelligi. Tu certè, sereniſſima Virgo, tu mundior auro, tu nive candidior, purior vitro, aſtris præclarior.

Item, Serm. 13. inquit: Si Paulus tantam gratiam à Deo accepit; quid de MARIA dicemus, cui non per partes, ut cæteris Sanctis, ſed ipſa gratiæ plenitudo ſe infudit, &c. Roſa inter omnes flores eſt pulcherrima, & viſui magis delectabilis, rectiſſimè Virgini conveniens, quæ fuit etiam dum viveret in hoc mundo omnium fœminarum fortiſſima, nedum ſpirituali mentis pulchritudine, de qua intelligi poteſt illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: ſed etiam corporali pulchritudine, &c. ita quòd de ea dici potuit: Quia candor lucis æternæ, *& ſpeculum ſine macula*, ſaltem participativè, &c. Neceſſe eſt Filium fieri ſimilem Matri, & Matrem è converſo ſimilem Filio; ſed Filius ejus Chriſtus eſt pulcherrimus juxta illud Pſalmiſtæ: Specioſus forma præ filijs hominum, ita quòd in ipſum deſiderant Angeli proſpicere, ut ait Beatus Petrus in Canonica ſua; eſt enim candor lucis, & ſpeculum ſine macula: ergo etiam Mater ejus Virgo MARIA, cui Filius erat ſimilis, erat pulcherrima, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs, an[no] 1514. in 4. Alia prædictis ſimilia habet ſpa[rſim] in reliquis Sermonibus.

CORNELIUS Suarez, Ordinis Prædicato[rum] Hiſpanus, in Acclamatione funerali pro vener[a]bili memoria R.P. F. Joannis Falconi, folio 3. [in]quit: Remanſerunt contenebrati ſicut nox. Lu[eg]o es noche? *No, que no puede aver ocaſo dondes es* [...] *MARIA, &c.* Serm. impreſſ. Matriti 1639. Si non [est] occaſus ubi eſt MARIA, ergo non fuit in Conce[p]tione ejus.

CORNELIUS Tiraboſcus Brixianus, Ord[inis] Prædicatorum, in libro dicto: Cantici alla Be[ata] Vergine Madre de Dio, &c. & ſunt 12. Can[tici] hoc ordine diſpoſita, ut ipſemet Auctor dic[it] [in] ultima pagina. Primo dell' alta preeminen[za] [di] MARIA Vergine. Secondo de la divina preſcien[za] di MARIA Vergine. Terzo della Profetal preco[g]nitione di MARIA Vergine. Quarto della ven[uta] al mundo monda di MARIA Vergine. Quinto della egregia belleza di MARIA Vergine. Sexto d[ella] Angelica Annunciatione, &c. Ex quibus pa[tet] quòd adventum Virginis MARIÆ vocat mund[am] & quòd Cantus tertius correſpondet Concepti[oni] licèt ipſe occultet nomen Conceptionis ſub [...] verbis, prophetalis præcognitionis. Hoc e[st] [...] libri; ſed redeundo ad principium, Cantus ſecundus eſt ſub hoc titulo: Comprende l'eterna di[vina] præcognitione, & preelectione della Beata Ve[r]gine, ad illud: Equitatui meo in curribus Ph[a]raonis aſſimilavi te amica mea: Cantus verò [...] ſub hoc titulo: Ilquale abbraccia le divine rev[e]lationi fatte à Propheti che con varie figure ca[]piſſero la Beata Vergine, ad illud: Viderunt illam filiæ Sion & beatiſſimam prædicaverunt, & Re[]ginę laudaverunt eam. In hoc ergo Cantico habe[t] ſparſim pro immunitate Virginis à peccato, ha[ec] quæ ſequuntur:

*E ſenza fin eterno, è ſenza ſegno.*
*Di ombroſa notte queſt' è il Paradiſo*
*Terreſtre che mai lutto da anziriſo, &c.*
*De Gedeone & era per lei inteſa*
*La lucerna nel tempio ſempre acceſa.*
*Tu ſomma Dea, tu Vergin glorioſa*
*Per l'imperio del mundo, è bel ciel nata*
*Faſti nel grembo del tuo del candore, &c.*
*Roſa campeſtre in Gerico pur nata,*
*Lontan da poggi, è da ſuper bi colli*
*E tra le ſpine ſenza ſpine alzata, &c.*
*Tu Sion Sancta le cui forte mura*
*Guerrier non hebbe ardir di toccar mai;*
*Geruſalem pacifica, è ſecura*
*Contro nemici torre forte ſtai*
*Lucido ſpechio dove ſi affigura*
*Il Sol, &c.*

Alia vide ibi à folio 1. uſque ad 84. Lib. impreſſ. Venetiis 1603. in 12.

CORNELIUS Vyttyers, Societatis Jeſu Be[l]ga, in Theologiâ habitâ Lovanii, die 1. Julii, an[no] 1654. Theſi decima nona, de Peccato habitu[ali] & originali, hæc defendit: *Ab hoc, & illius debito proximo, & remoto immunis fuit SS. Dei Mater*, ſive de[]pendenter, ſive independenter à præviſo Adam[i] lapſu Chriſtus decretus ſit: commodiùs tamen im[]munitatem illam explicare poteſt, qui ante Adam[i] peccatum præviſum, decretam admittit Incarna[]tionem. Impreſſ. ibidem in 4.

COSMAS Bracciolinus, Italus, in libro: D[e] mir[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miracoli della ſacra Imagine di la Humilità de Piſtoia, fol. 64. Quòd habuit Virgo *omnes gratias poſſibiles humanæ creaturæ, &c.* Lib. impreſſ. Florentiæ 1581. in 12.

COSMAS Damianus Hortulanus, Perpinianen. Hiſpanus: in Cantica Canticorum Salomonis explanatio, &c. cap. 3. ad illa verba: Egredimini filiæ Sion, &c. fol. 87. inquit: Virgo intacta concepit Chriſtum Heroëm illum jam olim ab Hieremia Propheta deſignatum. Virgo & Mater ejus MARIA *omni fulgens puritate*, Filium candido & puriſſimo humanitatis diademate ea die coronavit, &c. Nota illud: Omni fulgens puritate, ſi omni; igitur & primaria in Conceptione. Item, cap. 4. fol. 256. inquit: MARIA Virgo, quæ (ut teſtatur Hilarius) Angelos vincit puritate, & omnes Sanctos ſuperat pietate, illa oculus fuerit amoris caſtiſſimi radios, velut ſagittas in cor chariſſimi Filij, & Sponſi ſui omnium potentiſſimè ejaculans: quam charitas ipſa (ut teſtatur Auguſtinus) præ cæteris omnibus *ab omni labe peccati præſervavit*, & fecit ut numquam peccaret, ſed nec peccatum quidem poſſet cogitare. Illa deniq; fuerit omnibus amoris gratijs micans oculus, quam gratiâ plenam honoris causâ, Dei verbis Gabriel Angelus ſalutavit, &c. Lib. impreſſ. Barchinone 1582. in 4.

COSMAS Hieroſolymitanus, in ſua Theogenia, quam 13. Hymnis proſecutus eſt, Hymno 1. inquit: In Virgine verò habitans Verbum, *& carne accepta tranſit, ſervatâ incorruptâ, quam enim non ſuſtinuit à lapſu enixam, continuit innocuam:* Vide Euſeb. Nieremb. in lib. Excep. cap. 13. folio 156.

COSMAS Magallanes, Societ. JESU Hiſpanus, in librum Judic. cap. 4. verſic. 7. annotat. 9. oſtendit Beatam Virginem eximijs decoratam fuiſſe virtutibus *ab ipſo Conceptionis inſtanti*, quia Mater erat futura, & Mater in Iſrael in Debora figurata. Annotationem aliam integram, quæ eſt in ordine 10. ubi oſtendit, quàm grata ſit opinio de Beatæ Virginis Conceptione, atque à Deo eſſe doctrinam aſſerentem immunem fuiſſe à peccato originali. Et ibidem, B. Virginem contra peccatum *muniri protectione divina*, quia Mater Dei eſt, & Mater in Iſrael, cui propterea conveniunt Civitates David, Arcę fœderis, Throni Salomonis, & aliarum rerum illuſtres figuræ; annotationem alteram in ordine 2. Item, quòd Beata Virgo in mundo fœlici ortu fuerit quaſi Aurora; cum Luna, & Sole comparata fuerit, *concepta*, & nata; annot. alteram, quæ eſt in ordine 3. ſectione 2. Lib. impreſſ. Lugduni 1626. in folio.

Item, quòd propitius fuit Deus Beatæ Virgini *in Conceptione*; annotationes 3. in Canticum magnum Moyſis, pag. 441. à num. 204. uſque 245. Lib. impreſſ. Lugduni 1619. in fol. agit latiſſimè de Immaculata Virginis Conceptione; & in impreſſione Romana 1619. libro 3. verſic. 43.

COSMAS de Palermo, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Siciliæ Vallis Mazzariæ, refert de Monaſterio *Sanctæ MARIÆ de Conceptione*, quod extructum fuit anno 1630. ſub Sanctæ Claræ diſciplina in Æde D. Vito ſacra, urgente potiſſimè Jaimo Zummo, Equite Hieroſolymitano, &c. Extat Relatio apud nos, & conſtat ſemper acerrimum Immaculatæ Conceptionis defenſorem fuiſſe, ex multis rebus ab ipſo pro hoc myſterio factis.

COSMAS Philiarcus, Piſtorienſis Canonicus, & Theologus Florentinus, *de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis*, ex ſacris litteris; caput unum. Item, quòd privilegium *Immaculatæ Virginis Conceptionis* non deroget Chriſto, & fuerit conveniens; caput alterum. Et ibidem, quòd Beata Virgo fuerit *concepta ſine peccato originali*, probatur auctoritate S. R. E. cap. alterum. Item, quòd pro contraria ſententia nulla ſit Antiquorum auctoritas, ſed omnes ſint *pro Immaculata Conceptione*; caput alterum. Item, de principio, & progreſſu hujus quæſtionis *de Conceptione Virginis MARIÆ*, cum tribus fortiſſimis argumentis; caput aliud in Tractatu de præcipuis dogmatibus Chriſtianæ Religionis, atq; tom. 2. de officio Sacerdotis, libro 3. à folio 505. uſque 533. Impreſſ. Venetijs 1597. in 4.

COSMAS de los Reyes, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Dei Matre Virgineq; MARIA, inquit:

*Y por pagar la ſiempre Imaculada*
*Virgen à ſu caudillo de defenſa.*

Si ſemper Immaculata, igitur & in Conceptione. Extat Cant. impreſſ. cum alijs Matriti an. 1617. in 4. fol. 51.

COSMAS de Torres, S.R.E. Cardinalis, in Decretis Synodalibus Peruſinis, cap. 10. de feſtis, fol. 49. adducit feſtum *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* obſervandum ex devotione. Lib. impreſſ. Peruſiæ 1632. in 4.

C. Platet de S. Mattheo, Gallus, in libro dicto Gallicè: Le Chapeau des fleurs de la glorieuſe Vierge MARIE, &c. fol. 67. loquitur latè *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ, ac ejus à peccato originali præſervatione*, & ab æterno prædeſtinatione, &c. uſque ad fol. 69. & deinceps per totum libr. de ejus puritate. Impreſſ. Pariſiis 1612. in 8.

CRACOVIENSE Monaſterium Carmelitarum Excalceatarum Provinciæ Poloniæ, fundatum fuit anno 1605. ſub titulo *Conceptionis B. MARIÆ*. Ex libro fundationum Monaſteriorum Carmelitarum R. P. Ludovici Jacob à S. Carolo.

C. Thuet, Doctor Gallus, in libro: Practique du Catechiſme Romain, ſuivant le Decret du Concile de France, &c. in explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 1424. Quòd *Virgo MARIA fuit concepta ſine peccato originali*. Lib. impreſſ. Pariſiis, anno 1634. in 4.

CURSUS Carmelitanus Salmanticenſis, *pro Immaculata Conceptione* latiſſimè, à fol. 500. uſq; 661. Lib. impreſſ. Lugduni 1658. in fol. Liber eſt Anonymus; ſed Auctor illius fuit Pater Dominicus à Sancta Thereſia, de quo latè agimus in Trituratione Solis Veritatis.

CYPRIANUS Carthaginenſis, Sanctus, Epiſcopus ac Martyr Afer, quem alij vocant Cæcilium Cyprianum, in officio Sixti IV. ſeu Nogarolis, Lectione 4. citatur ſic: O Virgo juſta, & omni juſtitiâ pleniſſima, *cujus Conceptio ſingulariſſima*, &c. Hanc citant ferè omnes Scriptores, ſed in operibus modò exiſtentibus non invenitur.

Item, idem Oratione, ſeu Sermone de Nativitate Chriſti, fol. 446. inquit: Spiritu Sancto obumbrante, *incendium originale extinctum eſt*; ideoque innoxiam affligi non decuit, nec ſuſtinebat juſtitia, ut illud vas electionis *communibus laſſaretur injuriis, quoniam plurimùm à cæteris differens, natura communicabat, non culpa*; eratq; ei proprium privilegium, quod nulla mulierũ, nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quòd erat ſimul Mater, & Virgo ſingulis titulis inſignita; unde & Matri plenitudo gratiæ debebatur,



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis, & mentis integritate inſignis, ſpirituali, & corporali, intus, & extra Chriſti præſentiâ fruebatur, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs, anno 1632. in folio & alibi ſæpiſſimè.

CYPRIANUS Goldecius, Ordinis Minorum Polonus, in Relatione initij Reformationis Provinciæ Sanctæ MARIÆ Angelorum Minoris Poloniæ, adducit duo Sigilla prædictæ Provinciæ, & tam majus, quàm minus habet inſculptam *imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut videre eſt in prædicta Relatione manuſc. in 4. folio 117. elaborata verò anno Domini 1643.

CYPRIANUS Hubertus, Ordinis Prædicatorum, & Inquiſitor in Diœc. Vercellenſi Italus, in brevi Tract. de Incarnatione Italicè, fol. 11. Quòd conveniens fuit, ut ſicut homo fuit factus *de terra virgine non maledicta*, non corrupta; ſic Verbum in cœlo haberet Patrem abſque Matre, & debuit habere in terra Matrem abſque Patre. Et infra folio 21. Quòd illud Ave, vult dicere: *Senza doglia è ſenza guay*. Et ad illud: Gratiâ plena: Quòd *Virgo non fuit privata ſicut primi noſtri Parentes gratiâ*, &c. Hæc omnia expreſſa videntur. Item, infra fol. 23. Quòd habuit plenitudinem gratiæ: quia cæteris per partes, *MARIÆ autem tota ſe infudit gratiæ plenitudo*, &c. Et fol. 25. ad illud: Benedicta tu: Quòd Beata Virgo MARIA fuit benedicta, quia ipſa *ſuperavit* auctorem omnium maledictionum: Ipſa conteret caput tuum, &c. Lib. impreſſ. Vercelli 1589. in 4.

CYPRIANUS à Sancta MARIA, Ordinis Carmelitarum Germanus, ad diem 8. Decembris adducit *in die Conceptionis* Indulgentiam plenariam &c. Item, in vigilia *Conceptionis* Indulgent. plenar. in libro dicto: Theſaurus Carmelitarum. Impreſ. Coloniæ 1627. in 12.

CYPRIANUS à Sancta MARIA, Ordinis Minorum Hiſpanus, in lib. cujus titulus eſt: Aluſiones à la divina Eſcritura, à coſtumbres, ritos, y ceremonias antiguas, à propiedades de animales, plantas, perlas, y piedras precioſas, con que ſe declaran los myſterios que celebra la Igleſia ſanta, à honor de Chriſto nueſtro Señor, y de ſu immaculada Madre, à quien ſe dedican, y conſagran, &c. à folio 1. uſque 83. ad illud: Mulierem fortem, Aluſ. 1. agit latiſſimè *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impreſſ. Granatæ 1654. in 4.

CYRILLUS Alexandrinus Patriarcha, Sanctus, natione Græcus, in tertio Concilio Generali Epheſi celebrato tempore Theodoſij Junioris, & Cœleſtini Papæ contra Neſtorium, ponit: Quòd in tempore gratiæ maledictio culpæ non deſinit, *ſed in Chriſto, & in MARIA non fuit*, quia omnes prævaricati ſunt; nec non, quòd triſtitia partus diſſoluta non fuit.

Item, ſcripſit librum per 15. capita aſſerens, poſt Filium, temerarium eſſe *in ſacra Virgine ponere aliquam maculam, vel peccatum*. Ita ad litt. extat in defenſorio Joann. Vitalis, libro 4. capite 7. & in Alano.

CYRILLUS Preud'homme, Ordinis Minorum Flander, in Theſibus de Sacramentis in Genere habitis Tornaci menſe Decembri, habet hunc titulum: *Sanctiſſimæ Dei Genitrici Virgini MARIÆ Immaculatè conceptæ, &c.* Dabis hanc amori veniam magna Parthene Mater, ſi hoc munuſculum (exiguum licèt, & tuis indignum meritis) *ſacris Immaculatæ tuæ Conceptionis aris* appendamus, &c. & proſequitur orationem latam de ejus puritate. Fuerunt impreſſæ Tornaci, anno 1644. in charta expanſa.

# D.

DAMIANUS Giner Valentinus, Ordinis Minorum Hiſpanus, in lib. 1. Sent. in vita Doctoris Subt. Scoti, inquit: Scotus verò noſter pro integritate, & candore Virginis, ne minimum quidem id tribuere audet; ſed potiùs *primo illo inſtanti à labe originalis peccati immunem prorſus fuiſſe*, tanquam ſumpto contra alios vexillo contendit, &c. Lib. impreſſ. Valentiæ 1598. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

DAMIANUS à Goet, Hiſpanus, in lib. de rebus Hiſpanicis, Luſitanicis, &c. fol. 304. ſub hoc titulo: In Nomine Domini JESU Chriſti, Amen. Hæc ſunt, quę de fide & religione apud nos Æthiopes habentur & obſervantur, &c. dicit: Ex altiſſimo ſuo domicilio deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu S. ex MARIA V. quæ MARIA duplici ornabatur Virginitate, *una ſpirituali*, altera verò carnali, &c. Et infrà: Credo Dominam ſanctam MARIAM Virginem, *Virginem* (inquam) *ſpiritu* & carne, &c. Lib. impreſſ. Coloniæ. 1602. in 4.

DAMIANUS Lopez de Haro, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, in Serm. de Aſſumptione ſacratiſſimæ Virginis, ſeu potiùs Tract. cap. 3. fol. 6. Quòd *in Deipara nullum fuit peccatum, vel originale, vel veniale, &c.* Vide alia pro hoc myſterio ibi. Impreſſ. Conchæ 1621. in 4.

DAMIANUS de Lugones, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Epiſtolam per modum libelli D.D. Cardinali Zapata, ſub hoc titulo: Dandole cuenta de la ſolemniſſima fieſta y octavario, que el Convento de Sevilla hizo à la *Immaculada Concepcion de la Virgen nueſtra Señora* en 8. Diziembre, de 1615. con todo el adereço de la Igleſia, &c. Impreſſ. Malacæ 1616. in 4.

DAMIANUS de la Puebla, Ordinis Minorum, edidit Dialogum Poëticum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, impreſſ. cum alijs Baëzæ 1618. in 4. & alius ejuſdem Auctoris extat ibidem, fol. 78.

DAMIANUS de Vega, Eques Torquatus S. Joannis in Conventu S. MARIÆ del Monte, Hiſpanus, edidit *Cantiones in laudem ſanctæ, & Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris Dei*. Toleti 1560. in 4. & Hiſpali, anno 1616. etiam in 4.

Item, *de Conceptione Immaculata Virginis* diſcurſus. Matriti 1614. in 4.

DAMIANUS de Vegas, Eques Hieroſolymitanus Hiſpanus, *de pura, nitida, & Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Matris Dei conceptæ abſque peccato originali*, Tractatum unum poëticum. Impreſſ. Hiſpali 1616. in 4. Exiſtimo, quòd iſte ſit diverſus à præcedenti.

DANIEL Angelo, Orator Germanus, in Epitome Conciliorum, ab Incarnatione Domini, &c. uſque ad annum 1619. fol. 90. de Concilio Baſileenſi, atque *de feſto Conceptionis* & Viſitationis B. MARIÆ ibi ordinatis. Lib. impreſſ. Francofurti, anno 1620. in 4.

DANIEL Barbarus, electus Patriarcha Aquileienſis, in Catena aurea in quinquaginta Davidicos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN